

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSES

P. OVIDIO NASONE
METAMORFOSI

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
 clara micante auro flammisque imitante pyropo,
 cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
 argenti bifores radiabant lumine ualuae.

- 5 materiam superabat opus; nam Mulciber illic
 aequora caelarat medias cingentia terras
 terrarumque orbem caelumque quod imminet orbi.
 caeruleos habet unda deos, Tritona canorum
 Proteaque ambiguum ballaenarumque prementem
 10 Aegaeona suis immania terga lacertis
 Doridaque et natas, quarum pars nare uidetur,
 pars in mole sedens uirides siccare capillos,
 pisce uehi quaedam; facies non omnibus una,
 non diuersa tamen, qualem decet esse sororum.
 15 terra uiros urbesque gerit siluasque ferasque
 fluminaque et nymphas et cetera numina ruris.
 haec super imposita est caeli fulgentis imago
 signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.

Quo simul accliui Clymeneia limite proles
 20 uenit et intrauit dubitati tecta parentis,

Alta su eccelse colonne si levava la reggia del Sole,
 fulgida d'oro splendente e di piropo simile a fiamma:
 lucido avorio vestiva il fastigio del tetto,
 raggiavano luce d'argento le porte a doppio battente.

- 5 E il lavoro aveva più pregio del metallo: il famoso Mulcibero
 vi aveva sbalzato l'oceano che cinge le terre centrali,
 il globo terrestre e sul globo altissimo il cielo.
 Ecco nell'acqua gli dèi cerulei, Tritone che suona,
 e Proteo cangiante, ed Egeone, che stritola
 10 fra le braccia balene dal dorso mostruoso,
 Doride insieme alle figlie, che vedi qui chi a nuotare,
 chi ad asciugarsi, seduta su un masso, i verdi capelli,
 qualcuna a cavallo di un pesce: non tutte uguali nel fisico,
 né troppo diverse, come è giusto che sia fra sorelle.
 15 Sulla terra c'è gente e città, foreste e animali,
 e fiumi, e ninfe, e gli altri dèi campestri.
 Più in alto ha raffigurato il cielo fulgente:
 sei segni celesti al battente destro, e al sinistro altrettanti.

Appena qui giunto, seguendo un ripido viottolo
 20 ed entrato a casa di un padre per lui ancora incerto,

1-22. Bern HMNU BFGLP

3. *tegebat*: ten- H^{ac} FLP 19. *simul accliui* Bern^{lv} W: s. *accliuo* uel *simulac cliuo*
 Ω (M^{2c} in ras.) | *limite*: *limina* (H^{ac}) M^l (N^{ac}): -ne H^c N^c φ

protinus ad patrios uertit uestigia uultus
 consistitque procul; neque enim propiora ferebat
 lumina. purpurea uelatus ueste sedebat
 in solio Phoebus claris lucente smaragdīs.
 25 a dextra laeuaque Dies et Mensis et Annus
 Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae;
 Verque nouum stabat cinctum florente corona,
 stabat nuda Aestas et spicea sarta gerebat,
 stabat et Autumnus calcatis sordidus uuis,
 30 et glacialis Hiems canos hirsuta capillos.
 inde loco medius rerum nouitate pauentem
 Sol oculis iuuenem quibus aspicit omnia uidit
 «quae»que «uiaie tibi causa? quid hac» ait «arce petisti,
 progenies, Phaethon, haud infitianda parenti?».
 35 ille refert: «o lux immensi publica mundi,
 Phoebe pater, si das usum mihi nominis huius
 nec falsa Clymene culpam sub imagine celat,
 pignora da generis per quae tua uera propago
 credar, et hunc animis errorem detrahe nostris».
 40 dixerat, at genitor circum caput omne micantes
 deposuit radios propiusque accedere iussit
 amplexuque dato «nec tu meus esse negari
 dignus es, et Clymene ueros» ait «edidit ortus.
 quoque minus dubites, quoduis pete munus, ut illud
 45 me tribuente feras. promissi testis adesto
 dis iuranda palus, oculis incognita nostris».
 Vix bene desierat; currus rogat ille paternos
 inque diem alipedum ius et moderamen equorum.

23-66. HMNU BFGLP

21. uertit H: sua fert Ω 25. a: at H M^{ac}; ad F^{ac} L: a// G^c 31. inde: ipse Magnus
 38. generis H^c φ (cf. I 761): genitor Ω 44-5. ut ... feras: et ... feres
 U P 45. promissi HNU^{ac} BFGP^c; -is MU^c L(P^{ac}) 47. rogat: petit U P

il figlio di Climene dirige subito i passi al cospetto del padre,
 ma deve fermarsi lontano, ché più vicino non ne regge
 il fulgore. Coperto di un manto di porpora,
 Febo sedeva su un trono sfavillante di chiari smeraldi.
 25 Alla sua destra e a sinistra, il Giorno e il Mese e l'Anno,
 e i Secoli e le Ore, schierate a uguale distanza. <
 C'era la Primavera, recinta di un serto di fiori,
 c'era l'Estate nuda, che portava ghirlande di spighe,
 c'era l'Autunno, imbrattato dell'uva pestata,
 30 e il gelido Inverno, dagli ispidi e bianchi capelli.
 E al centro, con gli occhi che vedono tutto,
 il Sole scorse il ragazzo smarrito da tante stranezze
 e chiese: «Perché sei venuto? Che vuoi in questa rocca,
 Fetonte, figlio che un padre non può sconfessare?».
 35 Lui risponde: «Luce comune all'immenso universo,
 Febo, padre mio, se mi lasci chiamarti così,
 se sotto una favola falsa Climene non cela un suo errore,
 dammi una prova della mia origine perché mi convinca
 che sono davvero tuo figlio, levami i dubbi dall'anima!».
 40 A queste parole, suo padre si toglie i raggi fulgenti
 in giro alla testa, lo invita a venirgli più presso,
 l'abbraccia e: «Non meriti, dice, ch'io non ti assicuri
 che sei mio, e che è vera la storia di Climene su come sei nato.
 E perché lasci ogni dubbio, domanda il regalo che vuoi:
 45 l'avrai, perché già te l'accordo. Fa fede a questa promessa <
 la palude ignota ai miei occhi su cui gli dèi giurano!».
 Ma non aveva finito, che lui chiede al padre il suo carro,
 e, per un giorno, il comando e la guida dei cavalli ali ai piedi.

paenituit iurasse patrem, qui terque quaterque
 50 concutiens illustre caput «temeraria» dixit
 «uox mea facta tua est. utinam promissa liceret
 non dare; confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.
 dissuadere licet. non est tua tuta uoluntas;
 magna petis, Phaethon, et quae nec uiribus istis
 55 munera conueniant nec tam puerilibus annis.
 sors tua mortalis; non est mortale quod optas.
 plus etiam quam quod superis contingere fas sit
 nescius adfectas; placeat sibi quisque licebit,
 non tamen ignifero quisquam consistere in axe
 60 me ualet excepto. uasti quoque rector Olympi,
 qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
 non agit hos currus; et quid Ioue maius habemus?
 ardua prima uia est et qua uix mane recentes
 enituntur equi; medio est altissima caelo,
 65 unde mare et terras ipsi mihi saepe uidere
 fit timor et pauida trepidat formidine pectus;
 ultima prona uia est et eget moderamine certo:
 tunc etiam quae me subiectis excipit undis
 ne ferar in praeceps Tethys solet ipsa uereri.
 70 adde quod adsidua rapitur uertigine caelum
 sideraque alta trahit celerique uolumine torquet.
 nitor in aduersum nec me, qui cetera, uincit
 impetus et rapido contrarius euehor orbi.
 finge datos currus: quid ages? poterisne rotatis

67-120. Par HMNU BFGLP

55. *conueniant*: -unt H¹ BGL 57. *fas sit* M^c φ: *f. est* B^{2v} P: *possit* Ω 62. *agit*
 H G: -et Ω (ex 74[?]): -at p(?) χ (Heinsius) | *habemus*: -tur U B^{2v} P 63-9. *citata*
 Sen. Prou. 5, 10 63. *quam* (N^{cc}) v₂, Seneca 64. *medio*: -a M FL 66.
fit U^{2c} B^{2c} L^{2c} φ: *sit* Ω, Seneca (de P n. l.) | *trepidat* U² φ: -et Ω, Seneca 67-254.
 exstant in Par 69. *ipsa*: *ima* Seneca 74. *finge*: *iunge* Seneca | *ages* Par M^{2c}
 FL: -is Δ BGP: -as φ

Rimpianse di avere giurato, suo padre: tre, quattro volte
 50 scosse la testa lucente. «Follia, dalle frasi che dici»,
 rispose, «è la frase che ho detto. Potessi mancare al mio impegno!
 Non esiste, figliolo, ti giuro, nient'altro che non ti darei.
 Ma posso provare a distogliertene: è un capriccio rischioso.
 Mi stai domandando, Fetonte, un enorme regalo,
 55 inadatto alle forze che hai, ai tuoi anni così da ragazzo.
 Hai un destino mortale, ma non da mortale è questa tua voglia.
 Pretendi, senza saperlo, più di quanto un dio possa sperare.
 Certo, chiunque fa quello che vuole, ma fuori di me
 nessuno è capace di reggersi sul carro che carica il fuoco.
 60 Neanche il re dell'immenso Olimpo, dal pugno tremendo
 che scaglia lampi crudeli, saprebbe guidare
 il mio carro; e chi sta più in alto di Giove?
 Scosceso è all'attacco il cammino: all'alba, benché siano freschi,
 i cavalli lo salgono a stento. A metà, tocca il vertice sommo del
 [cielo;
 65 e perfino per me a guardare di là mare e terra spesso è il panico:
 il cuore vacilla di orrore e paura. Ma l'ultimo tratto di strada
 precipita a picco, e richiede una mano fermissima:
 eppure, tutte le volte, mentre in basso nell'acqua mi attende,
 Teti trema all'idea ch'io mi schianti a capofitto.
 70 Non basta: il cielo è attirato in un vortice eterno
 che trascina le stelle supreme e le torce in veloce vertigine.
 Io faccio forza all'opposto, e la spinta che tutto travolge
 non travolge me, perché corro controsenso alla rapida ruota.
 Fa' conto di averlo già in mano, il mio carro: che cosa faresti?

- 75 obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
 forsitan et lucos illic urbesque deorum
 concipias animo delubraque ditia donis?
 ecce per insidias iter est formasque ferarum,
 utque uiam teneas nulloque errore traharis,
 80 per tamen aduersi gradieris cornua Tauri
 Haemoniosque arcus uiolentique ora Leonis
 saeuaque circuitu curuantem brachia longo
 Scorpion atque aliter curuantem brachia Cancrum.
 nec tibi quadripedes animosos ignibus illis,
 85 quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,
 in promptu regere est; uix me patiuntur, ubi acres
 incaluere animi ceruixque repugnat habenis.
 at tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,
 nate, caue, dum resque sinit, tua corrige uota.
 90 scilicet ut nostro genitum te sanguine credas
 pignora certa petis? do pignora certa timendo
 et patrio pater esse metu probor. aspice uultus
 ecce meos, utinamque oculos in pectora posses
 inserere et patrias intus deprendere curas.
 95 denique quidquid habet diues circumspice mundus
 eque tot ac tantis caeli terraeque marisque
 posce bonis aliquid; nullam patiēte repulsam.
 deprecor hoc unum, quod uero nomine poena,
 non honor est; poenam, Phaethon, pro munere poscis.
 100 quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?
 ne dubita, dabitur (Stygias iurauimus undas)
 quodcumque optaris, sed tu sapientius opta».
 Finierat monitus; dictis tamen ille repugnat
 propositumque premit flagratque cupidine currus.

75. ne ... auferat: nec ... -et Par H L(-at)P: ne ... -et N¹ U F
 omne Burman 93. pectora Par H N BG: -e MU FLP

78. ecce χ: esse Ω:

- 75 Sapresti scontrarti con la giostra dei poli, non farti sbalzare
 da quell'asse impetuoso? O ti sogni magari lassù boschi sacri,
 città degli dèi, santuari traboccanti di offerte?
 Piena di agguati è la strada, di apparizioni di belve. <
 Se pure riesci a seguire, senza mai divagare, la rotta,
 80 trovi il Toro a sbarrarla, e ti tocca passargli in mezzo alle corna,
 infilarti nell'arco all'Emonio, nella bocca al feroce Leone,
 nel largo cerchio in cui curva lo Scorpione le branche crudeli, <
 nel cerchio orientato ad altri venti delle branche ricurve del Cancro.
 E poi i miei cavalli, eccitati dai fuochi che portano in petto,
 85 che sbuffano da bocca e narici, non è un gioco guidarli;
 è tanto se reggono me, se gli bolle l'istinto impetuoso
 e il collo rifiuta le redini. Attento, figliolo:
 non voglio che il mio regalo ti porti la morte:
 modifica il tuo desiderio, finché la realtà lo permette.
 90 E dunque, per essere certo che dal mio sangue sei nato
 pretendi una prova sicura? Te la do, questa prova sicura, col mio
 [spavento;
 ti dimostro che sono tuo padre coi miei timori di padre.
 Su, guardami in faccia: vorrei che potessi affondarmi
 lo sguardo nel cuore e cogliervi dentro l'angoscia di un padre.
 95 E ora guardati intorno: qualunque cosa possieda l'universo
 [ricchissimo,
 fra le tante e le grandi fortune in cielo, giù in terra e nel mare
 domandami quello che vuoi: non devi temere un rifiuto.
 Salvo quest'unica cosa, che è più giusto chiamare un supplizio,
 non un favore; è un supplizio, Fetonte, il favore che chiedi.
 100 Perché non capisci, e mi butti carezzevole al collo le braccia?
 Non temere, l'avrai (l'ho giurato sulle acque dello Stige)
 tutto quello che chiedi; ma chiedi una cosa più saggia.»
 Termina qui i suoi consigli; ma l'altro non vuole saperne
 e insiste sul primo progetto: lo brucia la voglia del carro.

- 105 ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
aureus axis erat, temo aureus, aurea summae
curuatura rotae, radiorum argenteus ordo;
per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae
110 clara repercusso reddebant lumina Phoebos.
dumque ea magnanimus Phaethon miratur opusque
perspicit, ecce uigil nitido patefecit ab ortu
purpureas Aurora fores et plena rosarum
atria; diffugiunt stellae, quarum agmina cogit
115 Lucifer et caeli statione nouissimus exit.
quem petere ut terras mundumque rubescere uidit
cornuaque extremae uelut euanescere lunae,
iungere equos Titan uelocibus imperat Horis.
iussa deae celeres peragunt ignemque uomentes
120 ambrosiae suco saturos praesepibus altis
quadripedes ducunt adduntque sonantia frena.
tum pater ora sui sacro medicamine nati
contigit et rapidae fecit patientia flammae
imposuitque comae radios praesagaque luctus
125 pectore sollicito repetens suspiria dixit:
«si potes his saltem monitis parere parentis,
parce, puer, stimulis et fortius utere loris.
sponte sua properant; labor est inhibere uolentes.
nec tibi directos placeat uia quinque per arcus.
130 sectus in obliquum est lato curuamine limes

121-81. Par HMN⁴U BFGLP

105. ergo q.l.: taliter ergo diu M^{2c}Z 109. gemmae: musae Diomedes, GLK I, p. 451
116. quem HM(N^{ac}) (B^{ac}): quam Par F: qua P: cum G: at q: tum N^c U B^c L
| petere (M^{ac}) (N^{ac}): pater Ω | mundumque: c(a)elumque Par^{2c}L 121-81. desunt
in N folio amisso, suppl. N⁴ in folio postea inserto; (N) = lectio pristina codicis N
ex apographo eius Laur. 36.5 restituta 126. paternis B 128. uolentes H
Laur. 36.5^c: -antes Ω

- 105 Così, dopo avere perduto tutto il tempo possibile, il padre
conduce il ragazzo al regalo di Vulcano, al suo carro supremo.
D'oro era il mozzo, il timone d'oro, d'oro il cerchione
delle ruote, d'argento la serie dei raggi;
lungo il giogo, un fregio simmetrico di gemme e topazi
110 rimandava con chiari bagliori il riflesso di Febo.
E mentre l'audace Fetonte l'ammira, ed esamina
quel gioiello, ecco aprire l'Aurora già desta
dal limpido oriente le porte di porpora e gli atri
pieni di rose; le stelle fuggono, e stringe le fila
115 Lucifero, che lascia per ultimo i quartieri celesti.
Quando lo vide dirigersi a terra e il cosmo arrossarsi,
e quasi svanire la falce dell'ultima luna,
alle Ore veloci il Titano comanda di attaccare i cavalli.
Le dee eseguono l'ordine sollecite e vanno a staccare
120 dalle profonde mangiatoie i quadrupedi che sputano fuoco,
gonfi di succo d'ambrosia, e gli mettono il morso sonante.
Allora il padre spalmò un unguento divino
sulla faccia del figlio, rendendolo immune agli assalti del fuoco;
gli cinse di raggi i capelli e, tirando un sospiro sull'altro
125 dal petto sconvolto, un presagio di lutto, gli disse:
«Se almeno queste istruzioni di tuo padre riesci a seguirle,
la frusta lasciala stare, ragazzo, usa invece le redini.
Correre sanno da soli; il problema è frenarne lo slancio.
Scarta la rotta diritta, che taglia i cinque archi;
130 c'è un sentiero che traccia, per sbieco, una curva larghissima

zonarumque trium contentus fine polumque
 effugit australem iunctamque aquilonibus Arcton.
 hac sit iter (manifesta rotae uestigia cernes)
 utque ferant aequos et caelum et terra calores,
 135 nec preme nec summum molire per aethera cursum.
 altius egressus caelestia tecta cremabis,
 inferius terras; medio tutissimus ibis.
 neu te dexterio tortum declinet ad Anguem
 neu sinisterio pressam rota ducat ad Aram;
 140 inter utrumque tene. Fortunae cetera mando,
 quae iuuet et melius quam tu tibi consulat opto.
 dum loquor, Hesperio positas in litore metas
 umida nox tetigit. non est mora libera nobis;
 poscimus, et fulget tenebris Aurora fugatis.
 145 corripe lora manu, uel, si mutabile pectus
 est tibi, consiliis, non curribus utere nostris,
 [dum potes et solidis etiamnum sedibus adstas]
 dumque male optatos nondum premis inscius axes,
 quae tutus spectes sine me dare lumina terris».

150 Occupat ille leuem iuuenali corpore currum
 statque super manibusque datas contingere habenas
 gaudet et inuito grates agit inde parenti.
 interea uolucres Pyrois et Eous et Aethon,
 Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
 155 flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.
 quae postquam Tethys fatorum ignara nepotis
 reppulit et facta est immensi copia caeli,
 corripuere uiam pedibusque per aera motis

135. *cursum* φ (coni. Merkel): *currum* Ω 136. *tecta*: *signa* U P 144. *et ful-*
get: *eff-χ* (Heinsius) 147. om. HM^{ac}, del. Hartman 151. *datas* M^{2v} N^{4c} B^{2v}
 LP: *leues* Δ BFG 152. *inde*: *ille* Par^m N⁴ U 153. *et*¹ Par χ: om. Ω
 155-62. om. U¹, add. U^{3m} 155. *flammigeris* BFG 157. *caeli* Par^v Δ: *mun-*
di Par¹ H Σ

e percorre tre fasce soltanto, rinunciando a toccare
 sia il polo australe che l'Orsa, con la sua compagnia di aquiloni;
 è quella la strada, scorgerai chiaramente i solchi del carro.
 Per far giungere uguale calore al cielo e alla terra,
 135 non abbassare e non spingere il percorso alle vette dell'etere;
 se sbandi troppo in alto, brucerai le dimore celesti,
 se troppo in basso, la terra; quella in mezzo è la via più sicura.
 Non devi poi farti sviare troppo a destra, nelle spire del Serpe,
 dalle ruote, né troppo a sinistra, dove in basso si leva l'Altare,
 140 ma tieniti in mezzo; rimetto il di più alla Fortuna
 che spero ti voglia proteggere e pensare a te meglio di te.
 Mentre ti parlo, ha toccato l'umida notte i confini
 sulle sponde d'Esperia; impossibile tardare più oltre;
 c'è bisogno di noi: sono in fuga le tenebre, e splende l'Aurora.
 145 Stringiti in mano le redini, o meglio, se ancora è possibile
 che cambi idea, prenditi pure, invece del carro, il mio monito
 [finché puoi e poggi ancora i piedi sicuro per terra],
 finché non calchi, incosciente, nel tuo folle capriccio quest'asse.
 Sta' qui senza rischi a guardare, e lascia che illumini io il mondo».

150 Ma l'altro si butta nel carro, così lieve a quel giovane corpo,
 si drizza, felice di stringere fra le mani le redini concesse
 e dall'alto ringrazia suo padre, che è lì a controcuore.
 Intanto gli alati Pyrois, Eòo ed Etone,
 i cavalli del Sole e Flegone, il quarto, riempiono l'aria
 155 di nitriti infuocati e scalciano contro le sbarre.
 Appena Teti, ignorando il destino che attendeva il nipote,
 le tolse e si aprì la ricchezza del cielo infinito,
 s'avventano in corsa e agitando gli zoccoli in aria

obstantes scindunt nebulas pennisque leuati
 160 praetereunt ortos isdem de partibus Euros.
 sed leue pondus erat nec quod cognoscere possent
 Solis equi, solitaque iugum grauitate carebat;
 utque labant curuae iusto sine pondere nauas
 165 perque mare instabiles nimia leuitate feruntur,
 sic onere adsueto uacuum dat in aere saltus
 succutiturque alte similisque est currus inani.
 quod simul ac sensere, ruunt tritumque relinquunt
 quadriiugi spatium nec quo prius ordine currunt.
 ipse pauet nec qua commissas flectat habenas
 170 nec scit qua sit iter nec, si sciat, imperet illis.
 Tum primum radiis gelidi caluere Triones
 et uetito frustra temptarunt aequore tingi,
 quaeque polo posita est glaciali proxima Serpens,
 frigore pigra prius nec formidabilis ulli,
 175 incaluit sumpsitque nouas feruoribus iras.
 te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,
 quamuis tardus eras et te tua plaustra tenebant.
 ut uero summo despexit ab aethere terras
 infelix Phaethon penitus penitusque patentes,
 180 palluit et subito genua intremuere timore
 suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.
 et iam mallet equos numquam tetigisse paternos,
 iam cognosse genus piget et ualuisse rogando,
 iam Meropis dici cupiens ita fertur ut acta
 185 praecipiti pinus Borea, cui uicta remisit

182-254. Par HMNU BFGLP

159. *leuati*: -is HM¹ (N) 160. *ortus* Par¹ H | *isdem* Par H B; *his*- Ω 161-
 254. *pauca legi possunt in Par* 165. *adsueto* Δ (F^{ac}) G¹; *ins*- (Par) (H^{2c}) M^{2v} N^{4c}
 Σ | *uacuum* M^{2v} (N) U B^{2c} F^{2-3c}; -os Ω | *aere* M^{ac} N⁴ L^c P; -a HM^c (N^{2v}) U BFG(L^{ac})
 176. *boot(b)e* U G; -tes aliaque Ω 179. *patentes* Par^{1v} HM¹ (N) B^v G^{1v}; *iac*-
 Par¹ M^{2v} U^{2c} Σ

fanno a pezzi i baluardi di nuvole e levati sulle ali
 160 sorpassano gli Euri, che nascono nelle stesse contrade.
 Ma troppo leggero era il carico, impossibile ai cavalli del Sole
 ritrovarcisi e assente dal giogo il peso di sempre.
 Come sbandano, senza una giusta zavorra, le concave navi
 che troppa leggerezza abbandona al capriccio del mare,
 165 così, vuoto del peso consueto, il carro sobbalza per l'aria
 con scossoni violenti, e sembra che non porti nessuno.
 Appena se ne accorge, il tiro a quattro si mette a impazzare,
 abbandona la rotta battuta, smette di correre nel senso di prima.
 Lui si spaventa; non sa da che parte tirare le briglie affidategli,
 170 né da che parte dirigersi, né, a saperlo, saprebbe pretenderlo.
 Allora, inaudito, s'accese sotto i raggi la gelida Orsa
 e vanamente tentò di tuffarsi nel mare proibito;
 e il Serpente, situato nei pressi del polo glaciale,
 in letargo fin lì per il gelo e incapace di fare paura,
 175 scaldandosi attinse dal fuoco una furia a lui ignota.
 Tu pure, Boote, raccontano, scappasti sconvolto
 per lento che fossi e attardato dall'impaccio del carro.
 Ma quando dal sommo dell'etere guardò giù alla terra
 lo sfortunato Fetonte, e la vide sotto di sé remotissima,
 180 impallidì, le ginocchia gli tremarono d'improvviso terrore
 e gli cadde sugli occhi, nel cuore di tanta luce, la tenebra.
 E adesso vorrebbe non averli mai toccati, i cavalli del padre,
 adesso rimpiange che sa com'è nato e che a forza di insistere
 l'ha avuta vinta, e vorrebbe chiamarsi il figlio di Merope;
 185 ma è travolto come una nave su cui irrompa Borea a capofitto

frena suos rector, quam dis uotisque reliquit.
 quid faciat? multum caeli post terga relictum,
 ante oculos plus est. animo metitur utrumque
 et modo quos illi fatum contingere non est
 190 prospicit occasus, interdum respicit ortus,
 quidque agat ignarus stupet et nec frena remittit
 nec retinere ualet nec nomina nouit equorum.
 sparsa quoque in uario passim miracula caelo
 uastarumque uidet trepidus simulacra ferarum.
 195 est locus, in geminos ubi bracchia concauat arcus
 Scorpios et cauda flexisque utrimque lacertis
 porrigit in spatium signorum membra duorum;
 hunc puer ut nigri madidum sudore ueneni
 uulnera curuata minitantem cuspide uidit,
 200 mentis inops gelida formidine lora remisit.
 Quae postquam summum tetigere iacentia tergum,
 exspatiantur equi nulloque inhihente per auras
 ignotae regionis eunt, quaque impetus egit
 hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis
 205 incursant stellis rapiuntque per auia currum.
 et modo summa petunt, modo per decliue uiasque
 praecipites spatio terrae propiore feruntur,
 inferiusque suis fraternos currere Luna
 admiratur equos ambustaque nubila fumant.
 210 corripitur flammis ut quaeque altissima tellus
 fissaque agit rimas et sucis aret adeptis;
 pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,
 materiamque suo praebet seges arida damno.
 parua queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,

186. uotisque: uen- B^{2v} q 192. post 194 Par HM B^{2v}FGL 193. sparsaque
 HM^{2v} FG 196. flexisque: flexis M^{2v} BL 201. summum ... tergum NU: -o
 ... -o Ω | tetigere: sensere P 206. decliue M¹ N F^{2v}: -a HM^{2v} U Σ (de P n. l.)
 214-6. pereunt ... uertunt del. Cornelissen («Mnemosyne» n. s. VI 1878, p. 310)

e il pilota le lasci sconfitto il timone, affidandosi al cielo
 e alle preghiere. Che fare? Ha già dietro alle spalle molto cielo
 e di più se ne vede davanti: nell'immaginazione misura i due tratti
 e ora (ma è scritto che non giunga a toccarlo)
 190 guarda avanti a occidente, ora indietro all'oriente.
 Smarrito, senza sapere che fare, né allenta le briglie
 né riesce a tirarle; i nomi dei cavalli li ignora.
 Non basta: vede prodigi qua e là nel cielo cangiante
 e, atterrito, fantasmi di belve giganti.
 195 C'è un punto dove curva in doppio arco le branche
 lo Scorpione e flettendo ai due lati la coda e le braccia
 protende il corpo a occupare lo spazio di due costellazioni.
 Appena il ragazzo lo vede sudare il suo nero veleno
 e prepararsi a colpirlo inarcando l'aculeo tremendo,
 200 gelato dal terrore perde la testa e abbandona le redini.
 Ma basta lasciarle cadere sopra la schiena ai cavalli
 per farli uscire di rotta e senza controllo spaziare
 per sconosciute contrade dell'aria, avventarsi ribelli
 dovunque li spinga lo slancio, cozzare alle stelle fisse
 205 nel sommo dell'etere e per l'impervio travolgere il carro.
 Ora si lanciano in alto, ora per chine e strapiombi
 precipitano in regioni vicine alla terra;
 stupefatta la Luna guarda correre più in basso dei suoi
 i cavalli del fratello, e fumano scottate le nuvole.
 210 S'appiccano le fiamme sulle vette, la terra si spacca,
 spalanca crepacci e divampa, ogni umore è riarso;
 i pascoli s'imbiancano, bruciano alberi e fronde,
 le messi già secche alimentano il loro disastro.
 Ma sto piangendo inezie: muoiono grandi città

215 cumque suis totas populis incendia gentes
 in cinerem uertunt. siluae cum montibus ardent,
 ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et Oete
 et tum sicca, prius creberrima fontibus, Ide
 uirgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemus;
 220 ardet in immensum geminatis ignibus Aetne
 Parnasosque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys
 et tandem niuibus Rhodope caritura Mimasque
 Dindymaque et Mycale natusque ad sacra Cithaeron.
 nec prosunt Scythiae sua frigora; Caucasos ardet
 225 Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus.
 aeriaeque Alpes et nubifer Appenninus.

Tum uero Phaethon cunctis e partibus orbem
 aspicit accensum nec tantos sustinet aestus
 feruentesque auras uelut e fornace profunda
 230 ore trahit currusque suos candescere sentit;
 et neque iam cineres eiectatamque fauillam
 ferre potest calidoque inuoluitur undique fumo,
 quoque eat aut ubi sit picea caligine tectus
 nescit et arbitrio uolucrum raptatur equorum.
 235 sanguine tum credunt in corpora summa uocato
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem;
 tum facta est Libye raptis umoribus aestu
 arida, tum nymphae passis fontesque lacusque
 defleuere comis: quaerit Boeotia Dircen,
 240 Argos Amymonen, Ephyre Pirenidam undas.
 nec sortita loco distantes flumina ripas
 tuta manent: mediis Tanais fumauit in undis,
 Peneosque senex Teuthranteusque Caicus

215. *gentes: terras* N^{4v} U^{2v} B^{2v} L 223. *natusque ad: promptusque in* H^{1s}: *aptus-*
que ad N^c F^s 226. del. Tarrant 2000 238. *passis: sparsis* NU 239.
qu(a)erit: queritur (M^{sc?}) U^{2c} I² r 240. *epb(i)yre* HM: *ne- Ω*

115 con tutte le mura, e gli incendi riducono in cenere
 intere stirpi e nazioni. Bruciano boschi e montagne:
 divampano l'Athos, il Tauro nella Cilicia, lo Tmolo,
 l'Eta e l'Ida riarso, ma fin lì pullulante di fonti,
 l'Elicona delle vergini e l'Emo, non ancora di Eagro.
 120 Brucia l'Etna senza confini di fuochi che il cielo riverbera,
 e il Parnaso a due vette, e l'Erice e il Cinto e l'Otri
 e il Rodope, per una volta spoglio di nevi, e il Mimante
 e il Dindimo e il Micale e il monte dei riti, il Citerone.
 Non salvano i ghiacci la Scizia; il Caucaso avvampa
 125 e l'Ossa col Pindo, e l'Olimpo, più elevato di loro,
 e le Alpi aeree e il nuvoloso Appennino.

Quello che vede Fetonte, dovunque si giri,
 è il rogo dell'universo, e non regge al violento bruciore:
 in bocca respira un'aria infiammata che sembra salire
 130 dai baratri di una fornace, e si accorge che il carro è rovente;
 non può più resistere al vortice delle scintille
 e alle ceneri, un fumo bollente da ogni parte l'avvolge:
 accecato da una nebbia di pece, non sa più dove va né dov'è,
 mentre i cavalli alati lo sbattono a loro capriccio.
 135 Secondo una favola, è allora che il sangue attratto ad affiorare
 ha dato il nero alla pelle dei popoli etiopi,
 che si è seccata la Libia, perdendo i suoi umori nel fuoco;
 è allora che a lutto, sciogliendo i capelli le ninfe hanno pianto
 laghi e sorgenti; la Beozia non trova più Dirce,
 140 né Argo Amimone, né Efira Pirene e i suoi flutti;
 non si salvano i fiumi cui accade di correre fra sponde lontane;
 il Tanai prese a fumare in mezzo al suo flusso,
 e così il vecchio Peneo, e a Teutrante il Caico,

et celer Ismenos cum Phegiaco Erymantho
 245 arsurusque iterum Xanthos flauusque Lycormas
 quique recuruatis ludit Maeandros in undis
 Mygdoniusque Melas et Taenarius Eurotas.
 arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes
 Thermodonque citus Gangesque et Phasis et Hister.
 250 aestuat Alpheos, ripae Spercheides ardent,
 quodque suo Tagus amne uehit fluit ignibus aurum,
 et quae Maeonias celebrabant carmine ripas
 flumineae uolucres medio caluere Caystro.
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem
 255 occuluitque caput, quod adhuc latet; ostia septem
 puluerulenta uacant, septem sine flumine ualles.
 fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccata
 Hesperiosque amnes, Rhenum Rhodanumque Padumque
 cuique fuit rerum promissa potentia, Thybrin.
 260 dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis
 lumen et infernum terret cum coniuge regem.
 et mare contrahitur siccaeque est campus harenae,
 quod modo pontus erat; quosque altum texerat aequor
 existunt montes et sparsas Cycladas augent.
 265 ima petunt pisces nec se super aequora curui
 tollere consuetas audent delphines in auras;
 corpora phocarum summo resupina profundo
 exanimata natant; ipsum quoque Nerea fama est
 Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris;
 270 ter Neptunus aquis cum toruo brachia uultu

255-832. HMNU BFGLP

244. *Phegiaco* Baumgarten-Crusius (*pbegeo* iam Micyllus): *phocaico* Ω 252. *celebrabant*: -rant L^{2v} P: -runt φ 256. *uacant*: uo- M¹ N^{ac} B²(G^{ac})L^{ac} 259.
ib(i/y)bris Δ 262. *siccaeque est*: s. *quoque* HNUL^c 268. *natant*: *iacent*
 P 269. *antris*: *undis* N³ U B^{2v} P^{c2}

il rapido Ismeno, l'Erimanto a Fegia,
 245 lo Xanto, destinato a tornare a bruciare, il biondo Licorma,
 il Meandro, che gioca a nascondersi nelle onde tortuose,
 il Mela in Migdonia e l'Eurota di Tenaro.
 Bruciò a Babilonia l'Eufrate, bruciarono l'Oronte
 e il Termodonte impetuoso e il Gange, il Fasi e l'Istro.
 250 Bolle l'Alfeo, divampa lungo le sponde lo Spercheo;
 l'oro che porta la corrente del Tago si fonde nel fuoco;
 bruciarono in mezzo al Caistro gli uccelli fluviali
 che un tempo affollavano di canti le sponde di Meonia.
 Scappò atterrito il Nilo in capo al mondo
 255 e nascose la testa, che ancora si cela: le sue sette foci
 sono vuote e sabbiose, sette valli senz'acqua.
 La stessa sciagura, in Ismaria, prosciuga l'Ebro e lo Strimone
 e i fiumi d'Esperia, il Reno, il Rodano e il Po
 e il Tevere, per profezia destinato al dominio del mondo.
 260 Dovunque il suolo si spacca e filtra la luce nel Tartaro
 dalle crepe, facendo tremare il re degli Inferi insieme alla moglie.
 Il mare si contrae, è una stesa di sabbie aridissime
 quello che prima era oceano; fino allora coperte dal pelago,
 si levano montagne, arricchendo le Cicladi sparse.
 265 Nei fondali fuggono i pesci, agli arcuati delfini
 manca il coraggio d'alzarsi come sempre nell'aria;
 a fior d'acqua galleggiano esanimi carogne di foche
 col ventre all'aria. Si narra che andasse a nascondersi
 Nereo in persona, e Doride, e le figlie, nelle grotte già tiepide.
 270 Tre volte Nettuno provò ad alzare dall'acqua le braccia

exserere ausus erat, ter non tulit aeris ignes.

Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,
inter aquas pelagi contractosque undique fontes
qui se condiderant in opacae uiscera matris,
275 sustulit oppressos collo tenus arida uultus
opposuitque manum fronti magnoque tremore
omnia concutiens paulum subsedit et infra
quam solet esse fuit siccaque ita uoce locuta est:
«si placet hoc meruique, quid o tua fulmina cessant,
280 summe deum? liceat periturae uiribus ignis
igne perire tuo clademque auctore leuare.
uix equidem fauces haec ipsa in uerba resoluo»
(presserat ora uapor); «tostos en aspice crines
inque oculis tantum, tantum super ora fauillae.
285 hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
officiique refers, quod adunci uulnera aratri
rastrorumque fero totoque exercoor anno,
quod pecori frondes alimentaue mitia fruges
humano generi, uobis quoque tura ministro?
290 sed tamen exitium fac me meruisse: quid undae,
quid meruit frater? cur illi tradita sorte
aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?
quod si nec fratris nec te mea gratia tangit,
at caeli miserere tui. circumspice utrumque:
295 fumat uterque polus, quos si uitiauerit ignis,
atria uestra ruent. Atlas en ipse laborat
uixque suis umeris candentem sustinet axem.

273. *contractos* M L^c 275. *oppressos* M: *omnipotens* (*ὀμπίς*) H(N^{ac}): *omniparens*
d: *omniferos* Ω 278. *siccaque* U: *sacraque* Ω: *fractaque* Housman 1890, Tarrant
2004 284. *tantum tantum* Δ BG^{2m} P: *fumum* t. M^{2c} U^{2a} F: *uolitant* t. B^{2v} L^c: t.
uolitant φ | *est ante super* U^{2c} BF^{ac} GL^{ac} 294. *utrumque* Δ P: *-(m/n)que* M^c U^{2f}
Σ 295. *quos: quod* H M¹ N^{ac} B(G^{ac})L | *uitiauerit: uiol-* U P: *uiciabitur* (*bitur* su-
pra ras.) B^{1c} | *ignis: axis* HM¹(N^{ac}) B

e il volto abbuaiato; tre volte non resse a quell'aria di fuoco.

La Terra Madre, invece, recinta com'era dal mare,
stretta fra le acque oceaniche e le sorgenti dovunque rattratte
scappate a nascondersi al buio materno delle sue viscere,
275 levò a stento, riarsa com'era, sino al collo la faccia angosciata,
si protesse con la mano la fronte e con un brivido immane
che squassò il mondo spostò la sua solita sede
un po' più in basso, e così parlò la sua voce secca:
«Se è questo che vuoi e se lo merito, perché trattieni i tuoi fulmini,
280 dio supremo? Se devo morire per violenza di fuoco,
ch'io muoia del fuoco che è tuo: se è tuo, è più leggero il mio strazio.
Perfino queste parole, me le strappo dalla gola a fatica»
(la bocca soffocava nel fumo): «ma guardami i capelli bruciati,
la cenere che ho dentro gli occhi, la cenere in faccia!
285 Questo è dunque il ricavo, questo il premio che mi paghi per essere
[fertile
e fedele, a me che sopporto lo strazio del vomere aguzzo
e dei rastrelli, a me torturata tutto il corso dell'anno?
A me che provvedo alle foglie per le bestie, ai dolci raccolti
e alle messi per il genere umano, all'incenso per voi?
290 Ma ammettiamo che io me la meriti, la morte; la merita il mare?
Tuo fratello che cosa ti ha fatto? Perché gli sparisce l'oceano
assegnatogli in sorte, e perché dista tanto dall'etere?
Se poi non hai compassione per tuo fratello o per me,
commuoviti per il cielo, che è tuo. Guardali entrambi,
295 fumano tutti e due i poli: basta che il fuoco li intacchi,
e crollano i vostri palazzi. Perfino Atlante sta male
e fa fatica a reggere in spalla l'asse rovente.

si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,
 in Chaos antiquum confundimur. eripe flammis
 300 si quid adhuc superest et rerum consule summae». dixerat haec Tellus (neque enim tolerare uaporem
 ulterius potuit nec dicere plura) suumque
 rettulit os in se propioraque manibus antra.

At pater omnipotens superos testatus et ipsum
 305 qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
 interitura graui, summam petit arduus arcem,
 unde solet nubes latis inducere terris,
 unde mouet tonitrus uibrataque fulmina iactat.
 sed neque quas posset terris inducere nubes
 310 tunc habuit nec quos caelo demitteret imbres;
 intonat et dextra libratum fulmen ab aure
 misit in aurigam pariterque animaue rotisque
 expulit et saeuis compescuit ignibus ignes.
 consternantur equi et saltu in contraria facto
 315 colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt;
 illic frena iacent, illic temone reuulsus
 axis, in hac radii fractarum parte rotarum,
 sparsaque sunt late laceri uestigia currus.

At Phaethon rutilos flamma populante capillos
 320 uoluitur in praeceps longoque per aera tractu
 fertur, ut interdum de caelo stella sereno,
 etsi non cecidit, potuit cecidisse uideri.
 quem procul a patria diuerso maximus orbe
 excipit Eridanus flagrantiaque abluit ora.
 325 Naides Hesperiae trifida fumantia flamma
 corpora dant tumulo signantque hoc carmine saxum:

302. potuit: -erat GLP 314. consternantur NU^{sc} P | facto: uerso U B^{2v} P
 315. eripiunt: excut. B^{2s} P 324. flagrantia Riese: fum- Ω: spum- γ (Heinsius)
 326. signantque hoc a γ: signant quoque Ω | saxum M^c BG^{3v}L: fatum HN^c B^{2v} FG¹ P:
 factum N^{sc} U

Se vanno in rovina l'oceano, la terra, i palazzi celesti,
 torna a confonderci il Caos delle origini. Strappa alle fiamme
 300 quel poco che resta, preoccupati dell'universo!».
 La Terra tacque, incapace di reggere oltre al bollore
 e di aggiungere altro. Piegò poi la faccia
 su sé stessa e la volse alle grotte più prossime ai mani.

Ma il padre onnipotente, chiamando gli dèi a testimoni
 305 (fra cui chi aveva prestato il suo carro) che se non interviene
 l'universo morrà di un tremendo destino, salì in cima alla rocca
 da dove ricopre di solito la vasta terra di nuvole,
 da dove squassa i suoi tuoni, brandisce e scaglia le folgori.
 Ma quel giorno non c'erano nuvole da coprirne la terra,
 310 non c'erano piogge da lasciare cadere dal cielo.
 Tuona, e scagliando dall'orecchio di destra una folgore
 mira all'auriga e lo sbalza a un tempo dalla vita e dal carro,
 frenando con fuochi feroci il cammino del fuoco.
 I cavalli impazziti s'impennano in senso contrario,
 315 si strappano il giogo dal collo, svincolandosi dalle redini rotte.
 Qui stanno buttate le briglie, lì il mozzo delto al timone,
 da questo lato ecco i raggi delle ruote spezzate
 e in largo giro i relitti del carro in frantumi.

Ma Fetonte, col fuoco che gli rode i capelli di fiamma,
 320 rotola giù a testa bassa, e lascia in aria una scia interminabile
 come accade talvolta a una stella nel cielo sereno
 che magari non cade, ma dà l'illusione di stare cadendo.
 Lontano dal suo paese, in un altro mondo l'accoglie
 l'Eridano grandissimo, e gli lava la faccia ardente.
 325 Le Naiadi dell'Esperia consegnano a un tumulo il corpo
 fumante del fuoco a tre punte, incidendo dei versi su un sasso:

HIC·SITVS·EST·PHAETHON·CVRRVS·AVRIGA·PATERNI
QVEM·SI·NON·TENVIT·MAGNIS·TAMEN·EXCIDIT·AVSIS

- Nam pater obductos luctu miserabilis aegro
330 condiderat uultus et, si modo credimus, unum
isse diem sine sole ferunt; incendia lumen
praebebant aliquisque malo fuit usus in illo.
at Clymene, postquam dixit quaecumque fuerunt
in tantis dicenda malis, lugubris et amens
335 et laniata sinus totum percensuit orbem
exanimesque artus primo, mox ossa requirens
repperit ossa tamen peregrina condita ripa,
incubuitque loco nomenque in marmore lectum
perfudit lacrimis et aperto pectore fouit.
340 nec minus Heliades lugent et inania morti
munera dant lacrimas et caesae pectora palmis
non auditurum miseras Phaethonta querelas
nocte dieque uocant adsternunturque sepulcro.
luna quater iunctis implerat cornibus orbem;
345 illae more suo (nam morem fecerat usus)
plangorem dederant. e quis Phaethusa, sororum
maxima, cum uellet terra procumbere, questa est
deriguisse pedes; ad quam conata uenire
candida Lampetie subita radice retenta est;
350 tertia, cum crinem manibus laniare pararet,
auellit frondes; haec stipite crura teneri,
illa dolet fieri longos sua braccia ramos.
dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex
perque gradus uterum pectusque umerosque manusque
355 ambit et exstabant tantum ora uocantia matrem.

329. nam: iam BF²G: at φ: tum L^c f Z 337. ripa: terra M^{2s} B^{2v} L¹ P 340.
lugent: stetus M^{2s} U P: tristes F 341. caesae: cecis M^{ac} (-sis HM^o): pulsant B
342. miseras ... querel(l)is NU^c P 347. terra: -(a)e H^c L^{2c} φ: -am U 349.
Lampetie N: iamp- uel iap- Ω 353. miratur HN^{ac} L^c P

«Qui giace Fetonte, auriga nel carro del padre:
a reggerlo non è riuscito, ma è caduto in un grande progetto».

- Malato di un lutto straziante, nascose in un velo la faccia
330 suo padre, e accettando di credere a quello che narrano,
un giorno passò senza sole; la luce la dette l'incendio,
fornendo così in quel disastro una sorta di aiuto.
Ma Climene, che aveva gridato ogni frase che venga alla mente
in così immense sciagure, in lutto e perdita la testa
335 straziandosi il petto si mise a percorrere il mondo
prima cercando quel corpo senza vita, poi almeno le ossa;
e finì per trovarle, le ossa, sepolte su sponde straniere.
Si gettò a terra in quel punto, bagnando di lacrime il nome
letto nel marmo e cercando di scaldarlo col seno scoperto.
340 Non piangono meno le Eliadi: alla morte sacrificano
a inutile offerta le lacrime e si picchiano il petto coi pugni;
non può sentirli, Fetonte, i loro lamenti accorati,
ma notte e giorno lo chiamano, stendendosi sopra al sepolcro.
Quattro volte la Luna, giungendo le corna, colmava il suo disco;
345 ma loro, secondo la regola (una regola fissata dal tempo),
continuavano a battersi il petto. La prima delle sorelle,
Fetusa, provando a prostrarsi per terra, si dolse
dei piedi fattisi rigidi; cercò di raggiungerla
la bianca Lampezia, ma a un tratto avvertì una radice a fermarla;
350 la terza, levando le mani a strapparsi i capelli,
spiccò delle foglie; a vedersi le gambe chiuse in un tronco
geme questa, e quella alle braccia mutatesi in rami slanciati.
Stanno lì stupefatte, e la scorza stringe loro le cosce,
poi sale a serrare il ventre, il petto, le spalle, le mani;
355 fuori non resta che la bocca, che invoca la madre.

quid faciat mater, nisi quo trahit impetus illam
 huc eat atque illuc et, dum licet, oscula iungat?
 non satis est: truncis auellere corpora temptat
 et teneros manibus ramos abrumpit; at inde
 360 sanguineae manant tamquam de uulnere guttae.
 «parce, precor, mater» quaecumque est saucia clamat,
 «parce, precor; nostrum laceratur in arbore corpus.
 iamque uale» cortex in uerba nouissima uenit.
 inde fluunt lacrimae stillataque sole rigescunt
 365 de ramis electra nouis, quae lucidus amnis
 excipit et nuribus mittit gestanda Latinis.

Adfuit huic monstro proles Stheneleia Cynus,
 qui tibi materno quamuis a sanguine iunctus,
 mente tamen, Phaethon, propior fuit. ille relicto
 370 (nam Ligurum populos et magnas rexerat urbes)
 imperio ripas uirides amnemque querelis
 Eridanum implerat siluamque sororibus auctam,
 cum uox est tenuata uiro canaeque capillos
 dissimulant plumae collumque a pectore longe
 375 porrigitur digitosque ligat iunctura rubentes,
 penna latus uelat, tenet os sine acumine rostrum.
 fit noua Cynus auis nec se caeloque Iouique
 credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo;
 stagna petit patulosque lacus ignemque perosus
 380 quae colat elegit contraria flumina flammis.

Squalidus interea genitor Phaethontis et expers
 ipse sui decoris, qualis cum deficit orbem
 esse solet, lucemque odit seque ipse diemque
 [datque animum in luctus et luctibus adicit iram]

356. *trahat* M L 358. *euellere* HG 359. *abrumpere* U 364. *inde: unde*
 HU BP 366. *gestanda* H M^{2v} Σ: *spect* Δ 376. *uelat: uestit* B^v φ (Heinsius);
 cf. Tarrant 1989 378. *credit: tra-* HMN L^{iv} 382. *quali ... orbe* Passerat (teste
 Magno); sed *deficere = deserere*, cf. IX 567, XII 448 | *orbem* HM: *orbe* Ω (-i φ)
 384. *recte seclisuit* Tarrant 2004 | *animum: -am* P

Ma che può fare la madre se non, secondando l'istinto,
 andare correndo qua e là, e finché può unirsi a loro nei baci?
 Non basta: si sforza di svellere i corpi dal tronco,
 va con le mani spezzando i teneri rami;
 360 ma ne escono gocce di sangue, come se fossero piaghe.
 «Fermati, madre, ti prego», grida (chi è?) la ferita,
 «fermati, madre: ci strazi nell'albero il corpo.
 Addio per sempre.» La scorza si chiude sull'ultima frase.
 Dai rami appena spuntati colano lacrime, e al sole
 365 si rapprendono in goccioline d'ambra, cadendo nel limpido fiume <
 che le porta, perché se ne adornino, alle spose del Lazio.
 A questo prodigio assistette il figlio di Stenelo, Cigno, <
 che il sangue di tua madre a te legava, Fetonte,
 ma soprattutto l'affetto ti avvicinava. Lasciato il suo regno
 370 (governava i popoli liguri e grandi città),
 aveva riempito di piante il fiume Eridano,
 le verdi sponde e la selva, con le sorelle a infoltirla,
 quando si fece sottile la sua voce d'uomo, la chioma
 nascondono candide piume, il collo si scosta dal petto
 375 stirandosi, una membrana impastoia le dita ora rosse
 le ali gli coprono i fianchi, un becco smussato la bocca.
 E Cigno diventa un uccello mai visto, e non vuole affidarsi
 al cielo e a Giove, pensando al fuoco che a torto ha scagliato;
 ama invece paludi e ampi laghi, e in orrore del fuoco
 380 si sceglie i fiumi a dimora, nemici alle fiamme.
 Livido, intanto, e smettendo perfino il fulgore
 come fa nelle eclissi, aborrendo la luce,
 il giorno e sé stesso il padre di Fetonte
 [abbandona la mente al cordoglio e aggiunge al cordoglio la rabbia]

385 officiumque negat mundo. «satis» inquit «ab aeu
sors mea principiis fuit inrequieta, pigetque
actorum sine fine mihi, sine honore laborum.
quilibet alter agat portantes lumina currus;
si nemo est omnesque dei non posse fatentur,
390 ipse agat, ut saltem, dum nostras temptat habenas,
orbatura patres aliquando fulmina ponat.
tum sciet, ignipedum uires expertus equorum,
non meruisse necem qui non bene rexerit illos.»
talìa dicentem circumstant omnia Solem
395 numina, neuè uelit tenebras inducere rebus
supplìce uoce rogant; missos quoque Iuppiter ignes
excusat precibusque minas regaliter addit.
colligit amentes et adhuc terrore pauentes
Phoebus equos stimuloque dolens et uerbere saeuìt.
400 (saeuìt enim natumque obiectat et imputat illis.)
At pater omnipotens ingentia moenia caeli
circuit et ne quid labefactum uiribus ignis
corruat explorat; quae postquam firma suique
roboris esse uidet, terras hominumque labores
405 perspicit. Arcadiae tamen est impensior illi
cura suae; fontesque et nondum audentia labi
flumina restituit, dat terrae gramina, frondes
arboribus, laesasque iubet reuirescere siluas.
dum redit itque frequens, in uirgine Nonacrina
410 haesit et accepti caluere sub ossibus ignes.
non erat huius opus lanam mollire trahendo
nec positu uariare comas. ubi fibula uestem,

392. *ignipedum*: -ferum HMNB^{ac} FL 393. *rexerat* HU FL 400. del. Tar-
rant 2004 (398-400 suspectos habuit Heinsius) 401. *ingentis* H G 408. *le-
tasque* H 412. *positu*: -as H^c M^{2c} U F^{2c} | *ubi* HU FLP: *cui* H^{1a} M^{2c} BGL^s; *sed* N^c
F^{2c}: at R l₆ | post 412 *strinxerat*. *enituit corpus iuuenile decorque* add. N^a, ed. Rom.
1471

185 rifiuta il suo compito al mondo. «Basta», dichiara,
«dai tempi dei tempi mi porto la condanna a non stare mai fermo:
ora sono spossato di affanni senza fine e senza prestigio.
Si prenda chi vuole la guida del carro che porta la luce.
Se poi non vuole nessuno e ogni dio si dichiara incapace,
390 ci pensi lui, così almeno, lottando con le mie redini,
dovrà pur lasciarle ogni tanto, le folgori che mutilano i padri!
S'accorgerà, quando prova la foga dei cavalli dai piedi di fuoco,
che chi non li ha retti a dovere non meritava la morte.»
Mentre parla così, intorno al Sole si stringono tutti gli dèi:
395 lo scongiurano con tono implorante che non piombi nel buio
l'universo; anche Giove si scusa di avere scagliato i suoi fuochi
e, re com'è, alle preghiere aggiunge minacce.
Febo riunisce i cavalli impazziti, ancora tremanti dal panico,
e, sofferente com'è, li colpisce di frusta e di pungolo,
400 infierisce su di loro imputandogli la morte del figlio.
Ma il padre onnipotente fa il giro degli immani bastioni
del cielo, e controlla che nessun punto minacci di cedere,
fiaccato dalla furia del fuoco. Li vede saldi e robusti
come sempre; si mette perciò a esaminare la terra
405 e gli affanni degli uomini. Ma a cuore gli sta soprattutto
la sua Arcadia; le rende le fonti e i fiumi, che temono
ancora di scorrere, ridona alla terra l'erba, le foglie
agli alberi e impone di nuovo il verde ai boschi straziati.
Mentre, così affaccendato, va e viene, gli ferma lo sguardo
410 una ragazza di Nonacre; e un fuoco lo brucia fin dentro le ossa.
Lei non pensava a cardare la lana per renderla morbida,
né a sistemarsi in fogge sempre diverse le trecce;

uitta coeruerat neglectos alba capillos,
 et modo leue manu iaculum, modo sumpserat arcum,
 415 miles erat Phoebes, nec Maenalon attigit ulla
 gratior hac Triuia; sed nulla potentia longa est.
 ulterius medio spatium sol altus habebat
 cum subit illa nemus quod nulla ceciderat aetas;
 exuit hic umero pharetram lentosque retendit
 420 arcus inque solo quod texerat herba iacebat
 et pictam posita pharetram ceruice premebat.
 Iuppiter ut uidit fessam et custode uacantem,
 «hoc certe furtum coniunx mea nesciet» inquit,
 «aut si rescierit, sunt, o sunt iurgia tanti!».
 425 protinus induitur faciem cultumque Dianae
 atque ait: «o comitum, uirgo, pars una mearum,
 in quibus es uenata iugis?» de caespite uirgo
 se leuat et «salue numen, me iudice» dixit,
 «audiat ipse licet, maius Ioue». ridet et audit
 430 et sibi praeferri se gaudet et oscula iungit
 nec moderata satis nec sic a uirgine danda.
 qua uenata foret silua narrare parantem
 impedit amplexu, nec se sine crimine prodit.
 illa quidem contra, quantum modo femina posset
 435 (aspiceres utinam, Saturnia: mitior esses),
 illa quidem pugnat; sed quem superare puella,
 quisue Iouem poterat? superum petit aethera uictor
 Iuppiter; huic odio nemus est et conscia silua,
 unde pedem referens paene est oblita pharetram
 440 tollere cum telis et quem suspenderat arcum.
 Ecce suo comitata choro Dictynna per altum

424. *sunt o sunt: sunt hec sunt* N^{ac}; *s. o tua* B 425. *cultumque: uultumque* M^{ac};
uultusque L 429. *et: ut* Reeve 436. *quem* H B^{ac} (G^{ac}?): *qu(a)e* Ω (non
 L) 437. *poterat superum?* dist. HNU BFG 439. *unde: in-* BFG

fermata a una fibbia la veste, a un nastro bianco i capelli in disordine,
 e stretto in mano ora un dardo leggero, ora un arco,
 415 faceva il soldato di Febe: più cara a Trivia nessuna
 mise mai piede sul Menalo; ma non c'è protezione che duri.
 Il sole era alto, già oltre metà del suo corso,
 quando lei s'infilò dentro un bosco intoccato nei secoli.
 Dalla spalla sfilò la faretra, allentò l'arco molle
 420 e si stese sull'erba che copriva il terreno
 appoggiando all'indietro la nuca sulla faretra a colori.
 Basta che Giove la veda, spossata e indifesa,
 per dirsi: «Mia moglie non verrà certo a conoscerlo,
 quest'intrigo, e se poi lo saprà, ah, vale bene un litigio!».
 425 Subito indossa figura e attributi di Diana
 e chiede: «Ragazza, diletta fra tutto il mio seguito,
 per quali gole hai cacciato?». La ragazza si leva dal prato
 e: «Salute», risponde, «dea a mio parere più grande
 (dovesse pure sentirmi) di Giove». Lui ascolta e sorride:
 430 lo diverte sentirsi anteposto a sé stesso, e le bacia la bocca
 senza il ritegno dovuto, e non come bacia una vergine.
 Lei si prepara a narrargli in che boschi ha cacciato;
 lui l'interrompe abbracciandola, e in pieno stupro si svela.
 Lei, certo, resiste, quanto almeno può farlo una donna
 435 (vorrei che tu la vedessi, figlia di Saturno: saresti più tenera),
 lei, certo, combatte; ma contro un uomo può farcela
 una ragazza, o chi contro Giove? Trionfante risale nell'alto etere
 Giove; ma lei prova orrore per il bosco e la selva a lui complice,
 e scappa di là, scordandosi quasi di prendere
 440 la faretra e le frecce, oltre all'arco attaccato a un albero.
 Ed ecco che arriva, con tutto il suo seguito, sulla cima del Menalo, <

Maenalon ingrediens et caede superba ferarum
aspicit hanc uisamque uocat; clamata refugit
et timuit primo ne Iuppiter esset in illa.

445 sed postquam pariter nymphas incedere uidit,
sensit abesse dolos numerumque accessit ad harum.
heu quam difficile est crimen non prodere uultu!
uix oculos attollit humo nec, ut ante solebat,
iuncta deae lateri nec toto est agmine prima,
450 sed silet et laesi dat signa rubore pudoris;
et, nisi quod uirgo est, poterat sentire Diana
mille notis culpam. (nymphae sensisse feruntur.)

orbe resurgebant lunaria cornua nono
cum dea uenatu et fraternis languida flammis
455 nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
ibat et attritas uersabat riuus harenas.

ut loca laudauit, summas pede contigit undas;
his quoque laudatis «procul est» ait «arbiter omnis;
nuda superfusis tingamus corpora lymphis».

460 Parrhasis erubuit. cunctae uelamina ponunt,
una moras quaerit; dubitanti uestis adempta est,
qua posita nudo patuit cum corpore crimen.
attonitae manibusque uterum celare uolenti
«i procul hinc» dixit «nec sacros pollue fontes»

465 Cynthia deque suo iussit secedere coetu.

Senserat hoc olim magni matrona Tonantis
distuleratque graues in idonea tempora poenas.
causa morae nulla est, et iam puer Arcas (id ipsum
indoluit Iuno) fuerat de paelice natus.

470 quo simul obuertit saeuam cum lumine mentem,
«scilicet hoc unum restabat, adultera» dixit,

454. uenatu et N^c U^c L^{2c} φ: uenatu Ω (uenatrix l₆¹ χ)
(uitium F, solum h)

471. unum B: etiam Ω

la dea di Ditte, orgogliosa delle bestie abbattute;
la scorge, vede chi è e la chiama. A sentirla lei scappa,
per un istante temendo che, sotto, l'altra sia Giove;

445 ma vedendo avanzare anche le ninfe al suo fianco,
capisce che non è una trappola e si mescola al gruppo.
Ah, che cosa difficile non svelare nel volto una colpa!
Quasi non stacca lo sguardo da terra, non è più, come sempre,
in testa alla schiera, a stringersi accanto alla dea;

450 tace, invece, e arrossendo tradisce l'insulto al suo corpo.
A non essere vergine, Diana avrebbe notato il suo sbaglio
da mille indizi; le ninfe, si narra, lo notarono subito.

Nove volte rinacque dalla falce il disco lunare,
e cacciando la dea, affaticata dal fuoco fraterno,

455 raggiunse un bosco freschissimo, dove scorreva un ruscello
gorgogliando e portando con sé le sue morbide sabbie.

Le andò a genio il paesaggio: sfiorò col piede il pelo dell'acqua
che le andò anch'essa a genio, e chiamò: «Non ci guarda nessuno;
spogliamoci nude e immergiamoci tutte nell'acqua».

460 Arrossì, la ragazza Parrasia: si tolgono tutte le vesti,
indugia lei sola, e non vuole, ma le altre la spogliano
e levandole l'abito compagno a nudo il corpo e lo stupro.

Sgomenta, cerca con le mani di nascondersi il ventre;
ma «Vattene via, non sporcare questa santa sorgente»,

465 grida Cinzia, e la caccia dalla congrega d'imperio.

La cosa era nota da molto alla moglie del grande Tonante,
che aveva rimesso al momento opportuno una crudele vendetta.
Non c'è più ragione di attendere; alla rivale è già nato
(ed è questo a far male a Giunone) un maschio, Arcade.

470 Bastò che al bambino volgesse gli occhi e la rabbia dell'anima:
«Non ci mancava che questo, adultera», disse

«ut fecunda fores fieretque iniuria partu
 nota Iouisque mei testatum dedecus esset.
 haud impune ferēs; adimam tibi namque figuram
 475 qua tibi quaque places nostro, importuna, marito».

dixit et aduersa prensis a fronte capillis
 strauit humi pronam. tendebat braccia supplex:
 braccia coeperunt nigris horrescere uillis
 curuarique manus et aduncos crescere in unguēs
 480 officioque pedum fungi laudataque quondam
 ora Ioui lato fieri deformia rictu.
 neue preces animos et uerba precantia flectant,
 posse loqui eripitur; uox iracunda minaxque
 plenaque terroris rauco de gutture fertur.
 485 mens antiqua tamen facta quoque mansit in ursa,
 adsiduoque suos gemitu testata dolores
 qualescumque manus ad caelum et sidera tollit
 ingratumque Iouem, nequeat cum dicere, sentit.
 a quotiens, sola non ausa quiescere silua,
 490 ante domum quondamque suis errauit in agris!
 a quotiens per saxa canum latratibus acta est
 uenatrixque metu uenantum territa fugit!
 saepe feris latuit uisis, oblita quid esset,
 ursaque conspectos in montibus horruit ursos
 495 pertimuitque lupos, quamuis pater esset in illis.
 Ecce Lycaoniae proles ignara parentis
 Arcas adest, ter quinque fere natalibus actis;
 dumque feras sequitur, dum saltus eligit aptos
 nexilibusque plagis siluas Erymanthidas ambit,

476. *aduersa* U: *aduersam* H: *auersa* N: *auersam* M Σ: *arreptam* B^{2v} P: *arrepta* (J)
 482. *neue truces a. per u. precantia flectat* Heinsius | *precantia* (cf. XIV 365): *rog-*
 Schepper: *potentia* Burman: *querentia* Shackleton Bailey 1981 485. *tamen* U^{2a}
 φ: *manet* Ω 497. *ferē ... actis* H M^{sc} (N^{sc}) U^{2v}: *ferens ... annos* Ω 499. *eri-*
manthidas L¹: *-dos* Ω

«che tu fossi incinta e il tuo parto annunciassse dovunque
 l'offesa a me e confermassse la vergogna di Giove, che è mio.
 La pagherai: saprò strappartela io, la bellezza
 475 che incanta te e incanta, spudorata, mio marito».

L'affrontò, dicendo così, e tirandole sulla fronte i capelli
 la stese per terra bocconi. Lei tese implorante le braccia:
 e le braccia le presero a farsi irte di peli neri,
 a farsi adunche le mani, allungate da unghioni ricurvi,
 480 e a servirle da piedi; la bocca, un tempo ammirata da Giove,
 si deforma e si allarga in orribili fauci.
 Per non muovere i cuori a pietà con suppliche e frasi imploranti,
 la parola le viene strappata: dalla gola arrochita non esce
 che un rantolo pieno di rabbia, minaccioso, che mette terrore.
 485 Pure cambiata in un'orsa, la coscienza rimane la stessa
 e prova il suo strazio con un urlo incessante:
 al cielo e alle stelle protende le mani, o quanto ne resta,
 e soffre, incapace a parlarne, dell'abbandono di Giove.
 Ah, quante volte non osa fermarsi nel bosco deserto
 490 ma vaga davanti alla casa che un tempo era sua, e per i campi!
 Ah, quante volte, inseguita sulle rocce dal latrato dei cani,
 scappa atterrita, e la caccia spaventa lei, cacciatrice!
 Si rintana se vede una belva, scordando che è stato di lei,
 è un'orsa ma trema se avvista un orso sui monti,
 495 ha orrore dei lupi, e magari c'è in mezzo suo padre.
 Ed ecco arrivare il nipote di Licaone, Arcade,
 che nulla sa di sua madre e ha quasi tre volte cinque anni;
 mentre insegue le bestie selvatiche, mentre studia le gole propizie
 e stringe sull'Erimanto intorno ai boschi fittissime reti,

500 incidit in matrem, quae restitit Arcade uiso
 et cognoscenti similis fuit. ille refugit
 immotosque oculos in se sine fine tenentem
 nescius extimuit propiusque accedere auenti
 uulnifico fuerat fixurus pectora telo;
 505 arcuit omnipotens pariterque ipsosque nefasque
 sustulit et uolucris raptos per inania uento
 imposuit caelo uicinaque sidera fecit.

Intumuit Iuno postquam inter sidera paelex
 fulsit, et ad canam descendit in aequora Tethyn
 510 Oceanumque senem, quorum reuerentia mouit
 saepe deos, causamque uiae scitantibus inquit:
 «quaeritis aetheriis quare regina deorum
 sedibus hic adsim? pro me tenet altera caelum.
 mentior, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
 515 nuper honoratas summo, mea uulnera, caelo
 uideritis stellas illic, ubi circulus axem
 ultimus extremum spatiumque breuissimus ambit.
 et uero quisquam Iunonem laedere nolit
 offensamque tremat, quae prosum sola nocendo?
 520 o ego quantum egi! quam uasta potentia nostra est!
 esse hominem uetui: facta est dea. sic ego poenas
 sontibus impono, sic est mea magna potestas.
 uindicet antiquam faciem uultusque ferinos
 detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fecit.
 525 cur non et pulsa ducit Iunone meoque
 conlocat in thalamo socerumque Lycaona sumit?

503. auenti U^{4v} L: fugit Ω 505. arcuit U^{2c} BG: arg- Ω 506. uolucris scripsit
 Tarrant 2004: celeri M^{2b} U L^{2v} P; pariter Δ Σ 513. huc φ | absim HM(N^{ac})
 517. ambit: exit BF 518. et uero quisquam Ellis 1883: est u. q. H M^{ac} N^{ac}: est
 uero cur quis Ω (e. aliquid c. q. BG: e. u. c. quisque L: e. u. quis qui M^c δ): et quis-
 quam ulterius Slater 520. del. Tarrant 2004 525. et pulsa: exp. U L | ducit:
 -at e ε 526. conlocat: -et ae ε | sumit: -at M^c?N BFG

500 s'imbatté in sua madre, che si fermò alla vista di Arcade
 con l'aria di riconoscerlo. Ma lui scappò via:
 davanti a quegli occhi fissi su lui, incessanti e immobili,
 non capiva, tremava; e al tentativo di lei di venirgli vicino
 si preparava a trafiggerle il petto, straziandolo con una freccia.
 505 L'Onnipotente non volle: tolse a un tempo di mezzo il delitto
 e i due, trasportandoli nel vuoto sul vento;
 gli fece posto nel cielo, trasformandoli in stelle accostate.

Giunone, infuriata al veder la rivale rifulgere
 fra le stelle, scende in mare a cercare la candida Teti
 510 e l'Oceano canuto, che muovono a grande rispetto gli dèi,
 e attacca, quando questi le chiedono il perché del suo viaggio:
 «Vi domandate perché, quando regno sugli dèi negli spazi dell'etere,
 io sia qui? Al mio posto c'è un'altra, a invadere il cielo.
 Smentitemi, quando la notte abbuierà l'universo,
 515 se non vedrete, elevati un attimo fa, per ferirmi,
 al sommo del cielo, degli astri nel punto in cui l'ultimo cerchio
 circonda col raggio più corto il capo dell'asse.
 E allora, chi mai esiterà a far del male a Giunone
 o avrà paura di offenderla, se voglio colpire e soccorro, io sola?
 520 Ah, che ho fatto? Che immenso potere è ora il mio!
 Non voglio che resti fra gli uomini, e diventa una dea. Ecco il castigo
 che impongo ai colpevoli, ecco là quel mio immenso potere.
 Perché non dovrebbe ridarle l'antica bellezza, spogliandola
 del suo pelo di belva, come già l'ha ridata all'Argiva,
 525 la nipote di Foroneo? Che aspetta a scacciare Giunone
 e a infilarla nel letto al mio posto, prendendosi Licaone per suocero?

at uos si laesae tangit contemptus alumnae,
gurgite caeruleo septem prohibete Triones
sideraque in caelum stupri mercede recepta
530 pellite, ne puro tingatur in aequore paelex».

Di maris adnuerant; habili Saturnia curru
ingreditur liquidum pauonibus aethera pictis,
tam nuper pictis caeso pauonibus Argo
quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
535 corue loquax, subito nigrantes uersus in alas.
nam fuit haec quondam niueis argentea pennis
ales, ut aequaret totas sine labe columbas
nec seruaturis uigili Capitolia uoce
cederet anseribus nec amanti flumina cycno.
540 lingua fuit damno; lingua faciente loquaci
qui color albus erat nunc est contrarius albo.

Pulchrior in tota quam Larisaea Coronis
non fuit Haemonia. placuit tibi, Delphice, certe,
dum uel casta fuit uel inobseruata; sed ales
545 sensit adulterium Phoebeius, utque latentem
detegeret culpam, non exorabilis index
ad dominum tendebat iter. quem garrula motis
consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix
auditaque uiae causa «non utile carpis»
550 inquit «iter; ne sperne meae praesagia linguae.
quid fuerim quid simque uide meritumque require:
inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
clauserat Actaeo texta de uimine cista
555 uirginibusque tribus gemino de Cecrope natis

529. caelum: c(a)elo NU, edd. 532. aethera: aera M^v BFLP^{o7} 541. qui: cui
N^{ac} U B 553. creatam: -um HM^{ac} N^{ac} F 554-5. inter 554 et 555 seruandum-
que dedit sic inconfessa quid esset add. N² U; eundem fere uersum (seruandum uel
-am dederat eqs.) post 555 add. M^{2m} δ^m B^{2m} (tamen inc.) G^{3m} L^{2m} P^{2m} φ

Ma se vi tocca l'insulto a me, vostra figlia adottiva,
tenete lontane dai baratri azzurri le stelle dell'Orsa,
scacciate quegli astri saliti in cielo a pagare uno stupro,
530 è una puttana, non deve bagnarsi nelle acque pure del mare».

Gli dèi del mare consentono; e la figlia di Saturno, su un
[comodo carro,
traversa l'etere limpido dietro ai suoi pavoni a colori,
colori che Argo, morendo, aveva appena donato ai pavoni
così come appena tu ti eri trovato, corvo loquace,
535 da candido ch'eri, d'un tratto vestito di penne nerissime.
Davvero, splendeva una volta di piume d'argento e di neve
quest'uccello, a gara nel corpo con le più immacolate colombe,
non sfigurava vicino alle oche dal grido a distesa che un giorno
avrebbero salvato il Campidoglio, né al cigno innamorato dei fiumi. <
540 Lo rovinò la sua lingua: la lingua troppo loquace ha fatto sì che il
un giorno bianco oggi sia l'opposto stesso del bianco. [colore

In tutta l'Emonia non c'era una donna più bella
di Coronide, nata a Larissa; dio di Delfi, ti ha certo incantato
finché è stata casta, o finché non l'hai colta sul fatto;
545 ma si accorse dei suoi tradimenti l'uccello di Febo
e a denunciare la colpa segreta filò dal padrone,
spia inesorabile: dietro gli viene, in un frullo di penne,
la cornacchia pettegola a informarsi di tutta la storia
e, saputo il perché della corsa, gli disse: «Il tuo viaggio
550 ti porterà male: fai conto di questa mia lingua profetica.
Guarda me, che ero e che sono, domandati che cosa è successo;
scoprirai che a perdermi è stata la mia fedeltà. Perché un giorno
Pallade aveva rinchiuso un bambino venuto alla luce <
555 consegnandolo poi a tre ragazze, figlie dell'ibrido Cecrope,

et legem dederat, sua ne secreta uiderent.
 abdita fronde leui densa speculabar ab ulmo
 quid facerent. commissa duae sine fraude tuentur,
 Pandrosos atque Herse; timidus uocat una sorores
 560 Aglauros nodosque manu diducit et intus
 infantemque uident apporrectumque draconem.
 acta deae refero; pro quo mihi gratia talis
 redditur ut dicar tutela pulsa Mineruae
 et ponar post noctis auem. mea poena uolucres
 565 admonuisse potest ne uoce pericula quaerant.
 at, puto, non ultro nec quidquam tale roganter
 me petiit. ipsa licet hoc a Pallade quaeras:
 quamuis irata est, non hoc irata negabit.
 nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
 570 (nota loquor) genuit fueramque ego regia uirgo
 diuitibusque procis (ne me contemne) petebar;
 forma mihi nocuit. nam cum per litora lentis
 passibus, ut soleo, summa spatiarer harena,
 uidit et incaluit pelagi deus, utque precando
 575 tempora cum blandis absumpsit inania uerbis,
 uim parat et sequitur. fugio densumque relinquo
 litus et in molli nequiquam lassor harena.
 inde deos hominesque uoco, nec contigit ullum
 uox mea mortalem; mota est pro uirgine uirgo
 580 auxiliumque tulit. tendebam brachia caelo:
 brachia coeperunt leuibus nigrescere pennis;
 reicere ex umeris uestem molibar: at illa
 pluma erat inque cutem radices egerat imas;

556. *et: hanc* U G^r 560. *diducit* W^c e s; *de-* Ω 563. *dicar: cedam* Watt
 1999 566. *ultra* M^c U FP^c 567. *petiit* M^{2c}(N^{ac}) P; *petit* Ω (-*et* U^c e^r N^{3c}: -*at*
 H^c) | *ipsa l. hoc a* N^{ac} L^cP: *ipse l. b. a* M: *ipsa l. licet b. a* H (L^{ac}?): *ipsa quidem l. b. a*
 N^{2c} U BG: *l. b. ex ipsa* φ: *ipsa petit memet l. b. a* F 571. *ne: nec* HN^c BF
 583. *egerat* H BFG: *es- N: fix-* M^{2c} U LP

con l'ordine di non guardare che cosa vi avesse nascosto.
 Celata nel folto di un olmo, dentro le foglie leggere,
 io spiavo che avrebbero fatto. Due, Pandroso ed Erse,
 restano ai patti lealmente: ma Aglauro dà delle paurose
 560 alle sorelle, e si mette con le dita a disfare i legacci:
 vedono dentro un bambino, e steso a lui accanto un serpente.
 Io riferisco alla dea che hanno fatto; e che ottengo in compenso?
 Minerva, mi sento dire, mi toglie la sua protezione
 e mi relega dietro all'uccello della notte. Il castigo che ho avuto <
 565 dovrebbe insegnare agli uccelli a non cercarsi fastidi sparlando.
 Ma, dico, chi è stata a cercarmi? Gliel'ho chiesto io?
 Perché non vai a domandarglielo tu, proprio a Pallade?
 Per furente che sia, non sarà furente fino a negarlo.
 Io sono nata (è una storia risaputa), al paese di Focide,
 570 dal famoso Coroneo; ero figlia di re, corteggiata
 (non ridere) da pretendenti ricchissimi.
 La bellezza mi è stata fatale. Una volta in cui, come al solito, <
 calpestavo a lenti passi la sabbia passeggiando lungo la spiaggia,
 il dio del mare mi vide e s'accese di me; buttò via
 575 tempo e lusinghe a pregarmi, poi decide di farmi violenza
 e m'insegue. Io scappo, abbandono
 il fondo solido, e arranco vanamente sulla sabbia cedevole.
 Invoco, lì in mezzo, gli dèi, gli uomini; ma la mia voce
 non arriva ai mortali. Una vergine ebbe pietà di me vergine
 580 e mi soccorse. Stendevo al cielo le braccia,
 e le braccia presero a farsi nere di penne leggere.
 Mi sforzavo di farmi cadere dalle spalle la veste; e la veste
 era ormai piuma, e affondava nella pelle con fonde radici.

plangere nuda meis conabar pectora palmis;
 585 sed neque iam palmas nec pectora nuda gerebam;
 currebam, nec ut ante pedes retinebat harena,
 sed summa tollebar humo; mox alta per auras
 euehor et data sum comes inculpata Mineruae.
 quid tamen hoc prodest, si diro facta uolucris
 590 crimine Nyctimene nostro successit honori?
 an quae per totam res est notissima Lesbion
 non audita tibi est, patrium temerasse cubile
 Nyctimenen? auis illa quidem, sed conscia culpae
 595 conspectum lucemque fugit tenebrisque pudorem
 celat et a cunctis expellitur aethere toto».

Talia dicenti «tibi» ait «reuocamina» coruus
 «sint precor ista malo; nos uanum spernimus omen».
 nec coeptum dimittit iter dominoque iacentem
 cum iuene Haemonio uidisse Coronida narrat.
 600 laurea delapsa est audito crimine amantis,
 et pariter uultusque deo plectrumque colorque
 excidit; utque animus tumida feruebat ab ira,
 arma adsueta capit flexumque a cornibus arcum
 tendit et illa suo totiens cum pectore iuncta
 605 indeuitato traiecit pectora telo.
 icta dedit gemitum tractoque a corpore ferro
 candida puniceo perfudit membra cruore
 et dixit: «potui poenas tibi, Phoebae, dedisse,
 sed peperisse prius; duo nunc moriemur in una».
 610 hactenus, et pariter uitam cum sanguine fudit.
 corpus inane animae frigus letale secutum est.
 Paenitet heu sero poenae crudelis amantem

584. *plangere*: tang- MN B^m; *pand-*: F: *plaud-*: B^{1c} G 587. *alta* N^c L: *acta* Ω
 600. *amanti* ζ (Heinsius) 606. *corpore*: uuln- G^{3s} P: *pect-* φ 611. del. Gie-
 rig, Tarrant 2004

Cercavo di battermi il petto nudo con le due palme;
 585 ma non avevo più palme, né un petto nudo.
 Correvo, e la sabbia non mi impacciava più i piedi
 ma m'alzavo al disopra del suolo. Ben presto mi levo, mi slancio
 nell'aria e mi assegnano, pura come sono, compagna a Minerva.
 Ma che vantaggio ne ho tratto, se Nictimene, fattasi uccello
 590 per un orribile crimine, mi soppianta nel privilegio?
 O forse non l'hai mai sentita, la storia notissima
 da un capo all'altro di Lesbo, di come Nictimene
 profanò il letto del padre? Anche uccello, si sente colpevole
 e fugge gli sguardi e la luce, nel buio nasconde la vergogna,
 595 e tutti la cacciano, da un capo all'altro dell'etere».

Ma interrompendola il corvo: «Ricada il tuo malaugurio»
 le disse «su te: me ne rido, delle tue baggianate profetiche».
 Non rinuncia al viaggio intrapreso, e va a raccontare al padrone
 che ha visto Coronide a letto con un giovane emonio.
 600 Lui l'ama, e gli cade l'alloro, a sentirsi tradito:
 gli cadono a un tempo il contegno, il plectro e il colore del volto
 e mentre gli bolle la mente e si gonfia di rabbia,
 afferra le armi consuete, curva le punte dell'arco,
 lo tende e trapassa con una freccia infallibile
 605 il petto che aveva stretto già tante volte al suo petto.
 Al colpo lei emette un lamento, si strappa il ferro dal corpo
 coprendosi le candide membra di sangue purpureo
 e dice: «Potevi aspettare, Febo, perché la scontassi,
 fino al mio parto. Ma adesso moriamo in due, dentro a me».
 610 Fu tutto, e fuggirono insieme il sangue e la vita:
 il corpo vuoto dell'anima fu invaso da un gelo mortale.
 Si pente, ma, ahimè! troppo tardi, della feroce vendetta l'amante,

seque quod audierit, quod sic exarserit odit;
 odit auem per quam crimen causamque dolendi
 615 scire coactus erat, nec non arcumque manumque
 odit cumque manu temeraria tela sagittas;
 conlapsamque fouet seraque ope uincere fata
 nititur et medicas exercet inaniter artes.
 quae postquam frustra temptata rogumque parari
 620 uidit et arsueros supremis ignibus artus,
 tum uero gemitus (neque enim caelestia tingi
 ora licet lacrimis) alto de corde petitos
 edidit, haud aliter quam cum spectante iuuenca
 lactentis uituli dextra libratus ab aure
 625 tempora discussit claro caua malleus ictu.
 ut tamen ingratos in pectora fudit odores
 et dedit amplexus iniustaque iusta peregit,
 non tulit in cineres labi sua Phoebus eosdem
 semina, sed natum flammis utroque parentis
 630 eripuit geminique tulit Chironis in antrum;
 sperantemque sibi non falsae praemia linguae
 inter aues albas uetuit consistere coruum.

Semifer interea diuinae stirpis alumno
 laetus erat mixtoque oneri gaudebat honore.
 635 ecce uenit rutilus umeros protecta capillis
 filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo
 fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
 Ocyroen. non haec artes contenta paternas
 edidicisse fuit; fatorum arcana canebat.
 640 ergo ubi uaticinos concepit mente furores
 incaluitque deo quem clausum pectore habebat,

si odia perché è stato a sentire, perché si è acceso a quel punto:
 odia l'uccello, perché l'ha costretto a sapere e a soffrire
 615 di quel tradimento, odia anche il suo arco, la mano,
 e insieme alla mano i suoi dardi impazziti, le frecce.
 La raccoglie, la scalda, si sforza, con cure tardive,
 di avere la meglio sul fato: usa a vuoto la sua scienza medica.
 Ma gli sforzi non servono: e vede già erigere il rogo,
 620 l'ultima fiamma destinata a bruciare quel corpo.
 Allora sì che dei gemiti (non si possono macchiare di lacrime,
 i volti divini) gli prorompono dal fondo del cuore:
 somiglia a una giovenca che guardi vibrare un martello
 dall'orecchio destro e cadere sonante a infrangere
 625 il cavo delle tempie al suo vitello lattante.
 Ma quando Febo le ha sparso balsami sul petto insensibile,
 l'ha abbracciata e le ha reso giustizia per quell'ingiustizia,
 non sopporta che in un'unica cenere si perda il suo seme:
 strappa suo figlio alle fiamme e al ventre materno
 630 e lo porta nell'antro di Chirone biforme.
 E al corvo, che sperava in un premio al rapporto fedele,
 proibì di restare fra i bianchi volatili.
 Intanto il Semiferino gioiva dell'onore associato a quell'onere,
 felice di stare allevando un bambino di stirpe divina.
 635 Ecco arrivare, le spalle coperte di capelli di fiamma,
 la figlia del Centauro cui, partorendola un giorno
 sulle sponde di un fiume impetuoso, aveva dato il nome di Ociroeo
 la ninfa Cariclo. Non paga d'aver imparato
 le arti del padre, sapeva predire i misteri del fato.
 640 Non appena le invase la mente il delirio profetico
 e s'accese del dio che portava rinchiuso nel petto,

620. uidit: sensit Lact. Plac. in Stat. Theb. VI 384 627. iusta: busta M^{2v} L^s q̄:
 iura q̄ 636. chariclo ζ: c(h)aricto fere Ω (ca(i/γ)ci G^{2-3c} q̄) 638. oc(h)yroen
 NP: -oe, -ee similiaque Ω 640. uaticinos: fatidicos N¹ U

aspicit infantem «toto»que «salutifer orbi
 cresce, puer», dixit; «tibi se mortalia saepe
 corpora debebunt; animas tibi reddere ademptas
 645 fas erit, idque semel dis indignantibus ausus
 posse dare hoc iterum flamma prohibebere auita;
 eque deo corpus fies exsanguis deusque
 qui modo corpus eras, et bis tua fata nouabis.
 tu quoque, care pater, nunc immortalis et aeuus
 650 omnibus ut maneat nascendi lege creatus,
 posse mori cupies, tum cum cruciaberis dirae
 sanguine serpentis per saucia membra recepto;
 teque ex aeterno patientem numina mortis
 efficient triplicesque deae tua fila resoluent».
 655 restabat fati aliquid; suspirat ab imis
 pectoribus, lacrimaeque genas labuntur obortae,
 atque ita «praeuertunt» inquit «me fata uetorque
 plura loqui uocisque meae praeccluditur usus.
 non fuerant artes tanti, quae numinis iram
 660 contraxere mihi; mallem nescisse futura.
 iam mihi subduci facies humana uidetur,
 iam cibus herba placet, iam latis currere campis
 impetus est; in equam cognataque corpora uertor.
 tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis»,
 665 talia dicenti pars est extrema querelae
 intellecta parum, confusaque uerba fuerunt;
 mox ne uerba quidem nec equae sonus ille uidetur,
 sed simulantis equam, paruoque in tempore certos
 edidit hinnitus et brachia mouit in herbas.

642. *totoque*: -ique M^cU L^{2c} 646. *prohibebere* H^{1c} GL^c: -*bibere* H^{ac} L^{ac}:
 -*hiberis* Ω 649. *nunc immortalis*. (N^c?) L: *nunc iam mortalis*. H M^{ac} N^{ac} (U^{ac}) (B^{ac}) F:
 non iam m. Ω 657. *me* a^{ac} W^c: *mea* Ω (*me inquit mea* UP) 658. *praeccluditur* U^{2v} P:
 -*uertitur* Ω 663. *corpora*: *pect-* P 667. *ne* Kenney apud Tarrant 2004: *nec* Ω
 668. *equam* N^{3m} U⁴ φ: *equ(a)e* Ω 669. *herbis* Δ (H^{1c})

vedendo il piccolo: «Cresci», gli disse, «bambino,
 a salute di tutto il creato; ti dovranno più volte sé stessi
 i corpi mortali: e se l'anima è andata, sarà in tuo potere
 645 ridargliela; ma se ti ci azzardi, a scorno divino, una volta,
 a impedirti di farlo di nuovo penserà la fiamma del nonno:
 dio come sei, passerai a cadavere esanguis, e poi subito
 da cadavere a dio; ben due volte rinverrai il tuo destino.
 Anche tu, padre caro, che oggi sei immortale e per legge di nascita
 650 destinato a durare fino alla fine dei secoli,
 un giorno, col corpo straziato dal veleno di un serpe maligno
 filtrato da una ferita, smanierai di riuscire a morire:
 e gli dèi ti faranno soggetto alla morte
 da eterno che sei, le tre dee troncheranno il tuo filo».
 655 Altro ancora serbava il destino; sospirò dal profondo del petto,
 le spuntarono lacrime e scesero a bagnarle le guance,
 e: «Mi previene il destino, e mi vieta di aggiungere altro»,
 disse, «mi è tolto il potere di usare la voce.
 Se mi ha attirato la collera di un dio, non valeva la spesa,
 660 quest'arte: quanto vorrei non sapere il futuro!
 Mi pare che già stia sfuggendomi, la mia figura di donna;
 mi trovo già il gusto dell'erba, già l'istinto di correre i prati
 in lungo e in largo; mi cambio in cavalla, in un corpo a me affine.
 Ma perché tutta intera? Non ha le due forme, mio padre?».
 665 Parlava ancora, ma era quasi impossibile intendere
 la fine del suo lamento, con quelle parole confuse.
 Poi non furono più nemmeno parole, né il verso di una cavalla,
 ma un verso che pareva imitarlo; un attimo dopo
 mandava chiari nitriti, e avviava le braccia per prati.

670 tum digiti coeunt et quinos alligat unguēs
perpetuo cornu leuis unguļa, crescit et oris
et colli spatium, longae pars maxima pallae
cauda fit, utque uagi crines per colla iacebant,
in dextrās abiēre iūbas, pariterque nouata est
675 et uox et facies; nomen quoque monstra dedere.

Flēbat opemque tuam frustra Philyreius heros,
Delphice, poscebat. nam nec rescindere magni
iussa Iouis poterās nec, si rescindere possēs,
tunc aderās: Elin Messēniaque arua colebas.

680 illud erat tempus, quo te pastoria pellis
textit onusque fuit baculum siluestre sinistrae,
alterius dispar septenis fistula cannis.
dumque amor est curae, dum te tua fistula mulcet,
incustoditae Pylios memorantur in agros

685 processisse boues. uidet has Atlantide Maia
natus et arte sua siluis occultat abactas.

senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo
rure senex (Battum uicinia tota uocabant);
diuitis hic saltus herbosaque pascua Nelei

690 nobiliumque greges custos seruabat equarum.

hunc tenuit blandaque manu seduxit et illi
«quisquis es, hospes» ait, «si forte armenta requirēt
haec aliquis, uidisse nega; neu gratia facto
nulla rependatur, nitidam cape praemia uaccam»

695 et dedit. accepta uoces has reddidit hospes:
«tutus eas; lapis iste prius tua furta loquetur»
et lapidem ostendit. simulat Ioue natus abiēre;

670. quinos: eq- N^{ac} U 675. dedere M: -runt Ω 681. baculum M^{ac}: -us Ω |
siluestre sinistrae) HM^{ac}: -ris oliu(a)e Ω 682. septenis H BGL: e septem M^c U
FP: et s. (M^{ac})N 685. maia: matre H BG 687. notus: nat- U B^L 688.
uicinia tota M^c (ex -naque) U^c B^v (nota B¹) FG: u. rura N(U^{ac}) P: uicina hunc r. H L:
uicinia cuncta Housman 1890 | uocabant: -bat BFG 691. tenuit H: tim- Ω
695. reddidit: «hospes» dist. Merkel

670 Le dita si fondono, e chiude uno zoccolo lieue,
di corno continuo, le cinque unghie; s'allargano faccia
e collo, la parte maggiore del lungo vestito
diventa una coda, e i capelli, già sparsi a casaccio sul collo,
passarono, a destra, in criniera. Ha preso insieme una voce
675 nuova, e una nuova figura; il prodigio le ha cambiato anche il nome.

Piangeva il figlio di Filira, l'eroe, e vanamente implorava
aiuto da te, dio di Delfi. Ma avresti potuto annullare
l'editto di Giove potente? E, anche a poterlo annullare,
non c'eri, a quel tempo; giravi l'Elide e i campi in Messenia.

680 Era l'epoca in cui ti vestivi, come un pastore, di pelli,
e portavi a sinistra un bastone tagliato nei boschi,
nell'altra mano il flauto, con sette canne a scalare.

Mentre pensi soltanto all'amore, mentre ti culli col flauto,
le vacche che avevi scordato di guardare, raccontano, entrarono

685 nella campagna di Pilo; il figlio di Maia (la figlia d'Atlante)
le vede, le svia e le nasconde con la solita astuzia in un bosco.

Nessuno s'accorse del furto all'infuori d'un vecchio ben noto
in quelle campagne, che tutti sul posto chiamavano Batto.

Faceva il guardiano ai boschi e ai pascoli erbosi

690 del ricco Neleo, e alle sue mandrie di cavalle di razza.

Lo prese, lo trasse con gesto insinuante in disparte
e gli disse: «Straniero, chiunque tu sia, se ti chiedono
di queste mandrie, dichiara che non le hai viste; e in compenso,
per ricambiare il favore, ecco una splendida vacca».

695 Gliela diede. Lo straniero la prese, e rispose così:
«Vai tranquillo; è più facile che sia questa pietra a parlare»
(indicando una pietra) «del furto». Fa finta di andarsene,

mox redit et uersa pariter cum uoce figura
 «rustice, uidisti si quas hoc limite» dixit
 700 «ire boues, fer opem furtoque silentia deme.
 iuncta suo pretium dabitur tibi femina tauro».
 at senior, postquam est merces geminata, «sub illis
 montibus» inquit «erunt» (et erant sub montibus illis).
 risit Atlantiades et «me mihi, perfide, prodis?
 705 me mihi prodis?» ait periuraque pectora uertit
 in durum silicem, qui nunc quoque dicitur index,
 inque nihil merito uetus est infamia saxo.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis
 Munychiosque uolans agros gratamque Mineruae
 710 despectabat humum cultique arbusta Lycei.
 illa forte die castae de more puellae
 uertice supposito festas in Pallados arces
 pura coronatis portabant sacra canistris.
 inde reuertentes deus aspicit ales iterque
 715 non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem.
 ut uolucris uisis rapidissima miluus extis,
 dum timet et densi circumstant sacra ministri,
 flectitur in gyrum nec longius audet abire
 spemque suam motis auidus circumuolat alis,
 720 sic super Actaeas agilis Cyllenius arces
 inclinat cursus et easdem circinat auras.
 quanto splendidior quam cetera sidera fulget
 Lucifer et quanto quam Lucifer aurea Phoebe,
 tanto uirginibus praestantior omnibus Herse
 725 ibat eratque decus pompae comitumque suarum.
 obstipuit forma Ioue natus et aethere pendens

701. pretium φ: pariter Ω 703. erunt Δ G: erant N^c BFLP 710. despiciebat
 U P: resp- φ 716. miluus: m. in M^{sc} N^{3a} L: miluius H N^c U G 720. agilis:
 auidus MN¹ BG: auis H 723. quam: te BFG (Heinsius)

il figlio di Giove; poi torna, camuffando l'aspetto e la voce.
 «Contadino,» gli dice, «se hai visto delle vacche passare di qua,
 700 dammi una mano a risolvere il mistero del furto.
 Ti darò in premio una giovenca e il suo toro con lei».
 Disse il vecchio, ora che il prezzo era il doppio: «Ai piedi
 di quelle montagne le troverai» (erano appunto ai piedi di quelle
 [montagne]).
 Rise, il nipote di Atlante, e chiese: «Così, traditore,
 705 mi denunci a me stesso? A me stesso?». E cambia quel cuore spergiuro
 nel duro selce che porta oggi ancora il nome di Spia,
 marchiando d'infamia lontana una pietra innocente.
 Preso il volo di lì ad ali tese, il dio del caduceo
 guardava dall'alto, passando, i campi della Munichia,
 710 la terra diletta a Minerva, gli eleganti filari al Licco.
 Capitò che quel giorno ragazze devote, secondo il rituale,
 in canestri infiorati, dirette alla rocca di Pallade in festa,
 portassero in alto sul capo i sacri strumenti del culto.
 Le scorge, il dio alato, al ritorno, e non seguita il volo
 715 in linea retta, lo curva al contrario in un circolo:
 come il nibbio, l'uccello più rapido, che avvista una vittima uccisa
 ma ha paura, finché i sacerdoti si affollano intorno all'altare;
 volteggia in tondo, e scostarsene troppo non osa
 ma rotea intorno al suo scopo, battendo vorace le ali,
 720 così curva il suo volo a girare lo stesso arco d'aria
 l'agile dio di Cillene, di sopra le rocche dell'Attica.
 Quanto rifulge più chiaro di tutte le stelle
 Lucifero, e quanto più chiara di Lucifero Febe dorata,
 tanto più bella di tutte le vergini
 725 Erse avanzava, gioiello delle compagne e del seguito.
 Stordito per quella bellezza, sospeso com'era per aria,

non secus exarsit quam cum Balearica plumbum
 funda iacit; uolat illud et incandescit eundo,
 et quos non habuit sub nubibus inuenit ignis.
 730 uertit iter caeloque petit terrena relicto
 nec se dissimulat; tanta est fiducia formae.
 quae quamquam iusta est, cura tamen adiuuat illam
 permulcetque comas chlamydemque ut pendeat apte
 conlocat, ut limbus totumque appareat aurum,
 735 ut teres in dextra quae somnos ducit et arcet
 uirga sit, ut tersis niteant talaria plantis.
 pars secreta domus ebore et testudine cultos
 tres habuit thalamos, quorum tu, Pandrose, dextrum,
 Aglauros laeuum, medium possederat Herse.
 740 quae tenuit laeuum uenientem prima notauit
 Mercurium nomenque dei scitarier ausa est
 et causam aduentus; cui sic respondit: «Atlantis
 Pleionesque nepos ego sum, qui iussa per auras
 uerba patris porto; pater est mihi Iuppiter ipse.
 745 nec fingam causas; tu tantum fida sorori
 esse uelis prolisque meae matertera dici.
 Herse causa uiae; faueas oramus amanti».
 aspicit hunc oculis isdem quibus abdita nuper
 uiderat Aglauros flauae secreta Mineruae,
 750 proque ministerio magni sibi ponderis aurum
 postulat; interea tectis excedere cogit.
 Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbem
 et tanto penitus traxit suspiria motu
 ut pariter pectus positamque in pectore forti

730. *terrena* M (et J² teste Slatero) B^{2v} (agnoscit fort. Sedulius, C. Pasch. I 352-3):
diuersa Ω 734. *totum: textum* ζ (coni. Riese) 735. *quae: qua* H P
 736. *ut* HMN: *et* U Σ 742. *respondit: «Atlantis* dist. Jahn, Tarrant 2004: uulgo
 post *nepos* (743) distinguitur 743. *nepos: genus* P 747. *uiae est* M^{2c}
 U P 752. *orbes* B^{2v} FL (de P n. l.)

s'accese il figlio di Giove non meno del piombo che scaglia <
 la fionda baleare, e nel volo diventa rovente
 scoprendo sotto le nuvole fuochi a lui ignoti.
 730 Cambia rotta, abbandona il cielo, si volge al terrestre;
 non si traveste neppure: che fiducia di sé ha la bellezza!
 Lui, certo, ne ha pieno diritto, ma s'aiuta con qualche espediente:
 si liscia i capelli, sistema, per farla cadere a dovere,
 la clamide, e mettere in mostra tutto l'oro del bordo;
 735 si lucida in mano la verga che induce e che scaccia
 il sonno, si lustra i calzari e si lava le piante dei piedi.
 Nell'ala privata, la casa aveva tre stanze da letto
 intarsiate di tartaruga e d'avorio; la tua stava a destra,
 Pandroso, quelle di Aglauro a sinistra e di Erse nel mezzo.
 740 Fu la ragazza a sinistra, la prima a far caso all'arrivo
 di Mercurio, e ad avere il coraggio di chiedere al dio
 chi fosse e che cosa cercasse. E lui le rispose:
 «Io sono il nipote di Atlante e Pleione, e porto per l'aria
 gli ordini di mio padre; è Giove in persona, mio padre.
 745 Non voglio inventarmi un pretesto: mi basta che tu sia leale
 a tua sorella e consenta a che i miei figli ti chiamino zia.
 Sono venuto per Erse; da' una mano, ti prego, a un amante».
 Aglauro lo squadra, l'identico sguardo che aveva ficcato
 poco prima in fondo ai misteri della bionda Minerva,
 750 e in cambio del servizio gli chiede una gran somma d'oro;
 ma intanto lo costringe a uscire di casa.
 Le rivolse uno sguardo di traverso la dea della guerra,
 e trasse con tanta violenza sospiri profondi
 da scuoterle a un tempo il petto e l'egida, indossata

- 755 aegida concuteret; subit hanc arcana profana
detexisse manu, tum cum sine matre creatam
Lemnicolae stirpem contra data foedera uidit,
et gratamque deo fore iam gratamque sorori
et ditem sumpto quod auara poposcerat auro.
760 protinus Inuidiae nigro squalentia tabo
tecta petit. domus est imis in uallibus huius
abdita, sole carens, non ulli peruia uento,
tristis et ignauis plenissima frigoris et quae
igne uacet semper, caligine semper abundet.
765 huc ubi peruenit belli metuenda uirago,
constitit ante domum (neque enim succedere tectis
fas habet) et postes extrema cuspide pulsat.
concussae patuere fores; uidet intus edentem
uipereas carnes, uitiorum alimenta suorum,
770 Inuidiam, uisaeque oculos auertit. at illa
surgit humo pigra semesarumque relinquit
corpora serpentum passuque incedit inerti;
utque deam uidit formaque armisque decoram,
ingemuit uultumque una ac suspiria duxit.
775 pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
risus abest, nisi quem uisi mouere dolores,
nec fruitur somno uigilacibus excita curis,
780 sed uidet ingratos intabescitque uidendo
successus hominum carpitque et carpitur una

756. creatum HM^{ac}(N^{ac}) 757. lemnicol(a)e Δ: lemniacam N^{2c} U Σ 758. et
gratamque MN^{2s} (B^{ac})F^{ac}GP: ingr. HN¹ U^{3v} B^{2c} F^{2c} L: iam gr. U^{2c} pz^c | iam gratam-
que M B^{ac} F^{ac} P: iam ingr. NU B^c GL: ingr. H F^{2c} 761. huius: antri BFGP: eius
φ 765. belli H(M^{ac}) (N^{ac}) (B^{ac}) G: bello Ω 771. pigra HM(N^{ac}) BFG: pi-
gre N^c U LP | relinquit Δ F: -iquit H Σ 774. una ac Housman (una FG): ima ad
M^{2c} BL: de(a)e ad Δ P 776. lurent χ (prob. Housman) 778. mouere: fecere
U^{2v} P 779. uigilantibus NU B^c F^c L

- 755 su quel petto robusto. Riflette che è stata Aglauro a svelare
con empia mano il segreto, quando, mancando all'impegno,
aveva visto il bambino messo al mondo senza una madre
dal dio di Lemno; che presto avrà dalla sua il dio e la sorella,
che sarà ricca, se incassa l'oro che, ingorda, ha preteso;
760 e si precipita a casa, lorda di nero liquame,
dell'Invidia. È una casa nascosta in fondo a una valle
dove il sole non batte e non passa una folata di vento,
funerea, piena soltanto di torpore e di gelo,
che manca sempre di fuoco e abbonda sempre di nebbie.
765 Qui giunta, dovette fermarsi davanti alla casa,
la vergine terrificante della guerra, perché non le è lecito
entrare; bussa, così, con la punta della lancia alla porta.
Si spalancano, sotto i suoi colpi, i battenti: lei vede all'interno
mangiare carne di vipera per nutrirla i suoi vizi
770 l'Invidia, e a quella vista distoglie lo sguardo.
Ma l'altra s'alza dalla pigra terra, lasciando a metà
il suo pasto di carogne di serpi, e avanzando con passo accidioso.
Appena vide la dea, splendente nelle armi e di bellezza,
mandò un lamento, torcendo la faccia e traendo sospiri.
775 Le domina il viso il pallore, e tutto il suo corpo è scheletrico;
non guarda mai dritto, ha denti lividi e marci,
il petto è verde di fiele, gocchia veleno la lingua.
Non ride, se non ce la spinge la vista di qualche dolore,
non gode del sonno: non dormono gli affanni che l'agitano;
780 resta a guardare con odio, e a quella vista si strugge,
i successi degli uomini; strazia ma insieme è straziata,

suppliciumque suum est. quamuis tamen oderat illam,
 talibus adfata est breuiter Tritonia dictis:
 «infice tabe tua natarum Cecropis unam;
 785 sic opus est. Aglauros ea est». haud plura locuta
 fugit et impressa tellurem reppulit hasta.

Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
 murmura parua dedit successurumque Mineruae
 indoluit baculumque capit quod spinea totum
 790 uincola cingebant, adopertaque nubibus atris
 quacumque ingreditur florentia proterit arua
 exuritque herbas et summa papauera carpit
 adflatuque suo populos urbesque domosque
 polluit. et tandem Tritonida conspicit arcem
 795 ingeniis opibusque et festa pace uirentem,
 uixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit.
 sed postquam thalamos intrauit Cecrope natae,
 iussa facit pectusque manu ferrugine tincta
 tangit et hamatis praecordia sentibus implet
 800 inspiratque nocens uirus piccumque per ossa
 dissipat et medio spargit pulmone uenenum.
 neue mali causae spatium per latius errent,
 germanam ante oculos fortunatumque sororis
 coniugium pulchraque deum sub imagine ponit
 805 cunctaque magna facit. quibus inritata dolore
 Cecropis occulto mordetur et anxia nocte,
 anxia luce gemit lentaque miserrima tabe
 liquitur, ut glacies incerto saucia sole,
 felicisque bonis non lenius uritur Herses

782. *oderit* U^{2v} BGP 788. *successurumque* (B^{ac}?) h₂^{2s} (ut uid.) v^c: *-uramque* H:
-orumque FGP: *-u namque* L: *-un utrique* M^v: *-ibus atque* M^{2c}(N^{ac}), *-ibus usque* N^c)U
 B^{2c} 789. *quod* H(M^{ac}?): *quem* Ω (cf. Fast. I 177) 792. *papauera*: *cacumina*
 P 795. *uirentem*: *nit-* U^{2v} P 802. *spatium caus(a)e* Δ G 809. *lenius*
 (M^c N^c): *leniter* F^{ac} P: *līf* (= *liter*?) H: *aliter* R^{2v} W^{ac} (*aliter non* W^{2s} γ): *se(c)l)ius* R¹
 v₂^s (coni. Scaliger)

vittima e boia di sé. Benché la detesti,
 la dea del Tritone le volge una secca richiesta:
 «Infetta con la tua peste una figlia di Cecrope,
 785 Aglauro, cioè. È necessario». Senza aggiungere altro,
 scappa e respinge la terra, puntando la lancia.

L'altra, che resta a guardare di traverso la dea allontanarsi,
 brontola appena e s'affligge del trionfo che prepara a Minerva;
 poi afferra un bastone, fittamente recinto
 790 di anelli spinosi, e, avvolta in nuvole nere,
 calpesta, passando, i fiori nei campi,
 dissecca l'erba, strappa la testa ai papaveri,
 col fiato contamina popoli, città e case;
 infine avvista la rocca sacra alla dea del Tritone,
 795 fiorente d'arti, di fasto e di pace festosa;
 le salgono agli occhi le lacrime, non vedendo ragioni di lacrime.
 Ma, entrata nella stanza della figlia di Cecrope,
 esegue il mandato: le tocca, con la mano macchiata di ruggine,
 il petto, le affastella spine uncinatate nel cuore,
 800 le soffia addosso un umore tossico, le lascia filtrare
 nelle ossa un veleno di pece, glielo sparge attraverso i polmoni.
 Perché poi non debba cercarsi troppo in là una ragione di pena,
 davanti agli occhi le mette, sotto la luce più bella,
 la sorella, le nozze felici di lei, il dio,
 805 e ne esalta ogni aspetto. Impazzisce, la figlia di Cecrope:
 la mangia un dolore nascosto, s'affligge di notte,
 s'affligge di giorno, si lamenta, infelice, si strugge,
 al modo di ghiacci feriti da un sole incostante,
 per una lenta infezione; la fortuna e la gioia di Erse

- 810 quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
 quae neque dant flammam lentoque tepore cremantur.
 saepe mori uoluit, ne quidquam tale uideret,
 saepe uelut crimen rigido narrare parenti;
 denique in aduerso uenientem limine sedit
- 815 exclusura deum. cui blandimenta precesque
 uerbaque iactanti mitissima «desine», dixit;
 «hinc ego me non sum nisi te motura repulso».
 «stemus» ait «pacto» uelox Cyllenius «isto»
 caelestique fores uirga patefecit; at illi
- 820 surgere conanti partes quascumque sedendo
 flectimur ignaua nequeunt grauitate moueri.
 illa quidem pugnat recto se attollere trunco,
 sed genuum iunctura riget frigusque per unguis
 labitur et pallent amisso sanguine uenae;
- 825 utque malum late solet immedicabile cancer
 serpere et inlaesas uitiatas addere partes,
 sic letalis hiems paulatim in pectora uenit
 uitalesque uias et respiramina clausit.
 nec conata loqui est nec, si conata fuisset,
 830 uocis habebat iter; saxum iam colla tenebat
 oraque duruerant signumque exsanguis sedebat.
 nec lapis albus erat; sua mens infecerat illam.
- Has ubi uerborum poenas mentisque profanae
 cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
- 835 linquit et ingreditur iactatis aethera pennis.
 seuocat hunc genitor nec causam fassus amoris

833-75. HEMNU BFGLP

811. *lentoque* l₆ ζ; *lenique* Ω 813. *uelit* HM^c U 819. *c(a)elestique*: *c(a)elatasque* BF (-*lestas*-) L^{2c} P 821. *flectimur* v^{ac} ζ; *-imus* HU^{ac}; *-itur* M^c U^{2c} Σ; *-it et* N^{2c} 823. *ungues*: *artus* N^{4v} (coni. Bentley) 827. *pectora*: *pectore* H^{ac}; *corpora* L 832. *illam*: *illum* M^{2a} B^{2c} φ 833. *accedit* E (Δ = HEMNU) 835. *aethera*: *aera* P 836. *seuocat*: *sed uocat* MN^c U F^{2c}; *eu*: B

- 810 la bruciano piano, come il fuoco di sotto un cespuglio di rovi
 che non buttano fiamme, ma ardono a lento calore.
 A volte vorrebbe morire, non vedere più niente del genere;
 a volte, come un delitto, denunciarlo al padre inflessibile;
 alla fine si siede di traverso alla soglia, sbarrando l'ingresso
- 815 al dio che arriva. Lui la copre di carezze, di suppliche,
 delle frasi più dolci: «Finiscila», lei gli risponde;
 «di qui non mi muovo se prima non t'ho allontanato».
 «D'accordo, ci sto», dice subito il dio di Cillene.
 Con la verga divina spalanca i battenti: lei prova a levarsi,
- 820 ma tutte le parti che piega chiunque si siede
 sono ora torpide e gravi, incapaci di muoversi.
 Lei combatte per mettersi dritta e tirare su il tronco:
 ma alle ginocchia si bloccano le giunture, un gelo le corre
 fino alle unghie, le vene si sbiancano e perdono il sangue;
- 825 e come serpeggia dovunque un cancro maligno, incurabile,
 e spesso si estende dalle parti malate alle sane,
 così, poco a poco, le penetra in petto un inverno mortale
 sbarrando la respirazione e i circuiti vitali.
 Di parlare non tenta neppure, e se pure tentasse
- 830 non passerebbe la voce; già il collo si è fatto di sasso,
 le si fa dura la faccia; a restare seduta è una statua
 esanguis, di pietra non bianca, infettata com'è dalla mente.
 Dopo avere così castigato le sue frasi e l'empia intenzione,
 lascia il nipote di Atlante la terra che s'intitola a Pallade;
- 835 un battito d'ali, e rientra nell'etere.
 Suo padre lo prende da parte: non confessa che amore lo muove,

«fide minister» ait «iussorum, nate, meorum,
 pelle moram solitoque celer delabere cursu,
 quaeque tuam matrem tellus a parte sinistra
 840 suspicit (indigenae Sidonida nomine dicunt),
 hanc pete quodque procul montano gramine pasci
 armentum regale uides ad litora uerte».
 dixit, et expulsi iam dudum monte iuuenti
 litora iussa petunt, ubi magni filia regis
 845 ludere uirginibus Tyrii comitata solebat.
 non bene conueniunt nec in una sede morantur
 maiestas et amor: sceptri grauitate relicta
 ille pater rectorque deum, cui dextra trisulcis
 ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
 850 induitur faciem tauri mixtusque iuuentis
 mugit et in teneris formosus obambulat herbis.
 quippe color niuis est, quam nec uestigia duri
 calcauere pedis nec soluit aquaticus Auster;
 colla toris exstant, armis palearia pendent,
 855 cornua parua quidem, sed quae contendere possis
 facta manu, puraque magis perlucida gemma;
 nullae in fronte minae, nec formidabile lumen:
 pacem uultus habet. miratur Agenore nata
 quod tam formosus, quod proelia nulla minetur.
 860 sed quamuis mitem metuit contingere primo;
 mox adit et flores ad candida porrigit ora.
 gaudet amans et, dum ueniat sperata uoluptas,
 oscula dat manibus; uix iam, uix cetera differt!
 et nunc adludit uiridique exsultat in herba,
 865 nunc latus in fuluis niueum deponit harenis;
 paulatimque metu dempto modo pectora praebet

838. *subitoque* U L^c P 840. *suscipit* H F^{2b} P (cf. V 190) 841. *gramine: car-*
mine E^{ac} M^{ac} 855. *posses* U Σ 863. *iam* EMN^{et}: (b)a(b) HU Σ (et F^{2c})
 866. *modo: nunc* LP

ma gli dice: «Figliolo, fedele strumento ai miei ordini,
 scaccia ogni indugio e, veloce come sei sempre, riscendi;
 c'è a sinistra una terra che guarda a tua madre,
 840 dalla gente del posto chiamata Sidone.
 Va' laggiù: vi vedrai pascolare lontano, sull'erba dei monti,
 una mandria del re: tu sospingila verso la spiaggia».
 L'ha appena detto, e già i tori, scacciati dal monte,
 s'avviano alla spiaggia voluta, dove usava venire a distrarsi
 845 la figlia del gran re con le amiche, le ragazze di Tiro.
 Non vanno troppo d'accordo e non sanno convivere
 maestà e amore; lasciando l'autorità dello scettro,
 il padre e il re degli dèi, che in mano brandisce
 i fuochi a tre punte, che squassa l'universo a un suo cenno,
 850 riveste la forma di un toro, si mescola agli altri giovenchi,
 muggisce e s'aggira bellissimo sui morbidi prati.
 Ha assunto un colore di neve intatta da impronte pesanti
 di piedi, e ancora non sciolta dall'Austro piovoso.
 Il collo si gonfia di muscoli, gli pende dagli omeri il rumine;
 855 piccole sono le corna, ma tali da dare l'idea
 di un lavoro d'artista, e più diafane di una limpida gemma.
 Non è minacciosa la fronte, né ispira terrore lo sguardo:
 gli regna la pace sul volto. La figlia di Agenore
 lo guarda stupita: è talmente bello, e non sembra un pericolo.
 860 Pure, per mite che sia, all'inizio ha paura a toccarlo;
 ma presto l'accosta, porgendo fiori alla candida bocca.
 L'innamorato è felice: aspettando i piaceri che spera,
 le bacia le mani e a stento, a gran stento rimanda il resto a più tardi.
 Ora si mette a saltare per scherzo sull'erba verdissima,
 865 ora abbandona alla bionda sabbia i suoi fianchi di neve;
 poco per volta le toglie la paura, e l'invita a battergli

uirginea plaudenda manu, modo cornua sertis
 impedienda nouis. ausa est quoque regia uirgo,
 nescia quem premeret, tergo considerare tauri,
 870 cum deus a terra siccoque a litore sensim
 falsa pedum primis uestigia ponit in undis;
 inde abit ulterius mediique per aequora ponti
 fert praedam. pauet haec litusque ablata relictum
 respicit et dextra cornum tenet, altera dorso
 875 imposita est; tremulae sinuantur flamine uestes.

il petto con mani innocenti, o a intrecciargli alle corna
 fresche ghirlande. S'azzarda, la principessa, perfino
 (non può sapere chi monti!) a sedersi sulla groppa del toro.
 870 Ma allora il dio lascia pian piano la terra e l'arida sponda
 e comincia a posare nell'acqua le impronte bugiarde dei piedi,
 poi si spinge più oltre, portando la sua prigioniera
 in mare aperto. Atterrita, lei guarda sparire la spiaggia
 da cui l'ha strappata: la destra stringe un corno, la sinistra gli posa
 875 in groppa, si gonfiano e palpitano al vento le vesti.

867. *plaudenda*: *palpanda* U^{2v} B^{2c} LP
sa χ: *fissa* Merkel | *primis* G: -mo Ω

870. *cum*: *tum* U^{2c} B

871. *falsa*: *pres-*

BRITAJ
OVIDIO
METAMORFOSI

a cura di A. Barchiesi

Piano dell'opera

Volume I
Saggio introduttivo
di C. Segal
LIBRI I-II
traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi

Volume II
LIBRI III-IV
traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi e G. Rosati

Volume III
LIBRI V-VI
traduzione di G. Chiarini
commento di G. Rosati

Volume IV
LIBRI VII-IX
traduzione di G. Chiarini
commento di E.J. Kenney

Volume V
LIBRI X-XII
traduzione di G. Chiarini
commento di J.D. Reed

Volume VI
LIBRI XIII-XV
traduzione di G. Chiarini
commento di P. Hardie

Testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant

OVIDIO

METAMORFOSI

Volume I
(Libri I-II)

a cura di Alessandro Barchiesi
con un saggio introduttivo di Charles Segal

Testo critico basato sull'edizione
oxoniense di Richard Tarrant

Traduzione di Ludovica Koch

FONDAZIONE LORENZO VALLA
ARNOLDO MONDADORI EDITORE

INDICE

Questo volume è stato pubblicato
grazie alla collaborazione della
Fondazione Cariplo
e della
Fondazione Carisbo

ISBN 88-04-54481-3

*Il saggio introduttivo di Charles Segal
è stato tradotto da Laura Rossi*

Grafica di Vittorio Merico

© Fondazione Lorenzo Valla 2005
1 edizione novembre 2005

www.librimondadori.it

- IX Premessa del curatore
XV *Il corpo e l'io nelle «Metamorfosi» di Ovidio*
di Charles Segal
CIII Introduzione
CLXIII Bibliografia
CLXXXIX Nota al testo

TESTO E TRADUZIONE

- 3 *Sigla*
11 Libro primo
69 Libro secondo

COMMENTO

- 133 Libro primo
235 Libro secondo